
M·TVLII CICE
ronis familiares Epistolae dili
gétiori emendatione quã
alias castigatae.

Interpretãtibus Ubertino clerico cre
scẽtinate. Martino philetico. Ge
orgio Merula Alexãdrino.
Jodoco Badio Ascẽsio
viris doctissimis.

Eiusdẽ Jodoci Badij Ascensij Com
pendiũ Isagogicũ. In Cicero-
nis Epistolas introductoriũ.

Additis insuper quibusdam in libro
miscelanearum per Angelum Po
litianũ interpretatis.

Una cũ figuris suis locis apte dispo-
sitis: nec non vtilissimis apostillis:
ac regulatissima Tabula: quae om
nia notatu & cognitu digna
miro quodam ordine
demonstrat.





Cum

GEORGII MERVLÆ ENARRATIO

GEORGIVS MERVLA ALEXANDRINVS STATIELENSIS DOMINICO SANVTO PATRICIO VENETO SALVTEM.

EXponenti mihi superiore anno discipulis nostris eam Ci. epistolam: quæ ad Lentulum Spintherem de Alexādrino rege in regnum restituendo scribitur. Et si argumentum & summam negocii Strabone potissimum fretus copiose exposuisse uiderer. Tu tamen tria dixisti cumulatius explanari per nos oportuisse: hoc ē cur regno Ptolomæus pulsus. Roma. concessisset: postulans a Senatu Populoq; Romano ut in regnum reduceretur. Tum autem cum dicat. Res agitur per eosdem creditores: per quos cum tu aderas agebatur. Creditores ue an potius competitores: ut quidam codices habent legendū foret. Et q pecuniā Regi credidissent. Postremo syllabæ sortem: quæ in cā regia non parui momenti erat: haud satis aperte explicatam a me fuisse q̄q̄ Luca. secutus qui hæc scribat. Haud equidē īmerito cumanæ carmine uatis. Cautū ne nisi pelusia tangeret ora Hesperius miles ripasq; æstate tumentes. Dixissem in uersibus Sibillinis contineri miles Romanæ ægyptum caue: quo liberali nō & ineruditi hominis sermone motus quotiens historiam illorū temporum legerem: curiose omnia perquirens: atq; obseruans: quæ ad id: quod a me q̄siuisses intelligendum pertinerent: apud Dionem rerum Romanarum scriptorem uberem atq; facilidum causam Alexādrini regis: ut in senatu tractata fuit inueni: simulq; collatis nostrorū scriptorum & græcorum historiis rem ipsam me asse cutum tibi dixi. Tunc diligentiam nostram laudās: simulq; tis gratulatus: qui studiosi epistolarum ad Lentu. su[illegible] aliud per me exponi uoluisti in quo me quandoq; dubitare uidisti immo ingenue confiteri in compertum illud nobis e[illegible]e: hoc est quid senserit Liuius: ubi in primo ab urbe condita classes atq; centurias a Seruio Tullio pro habitu pecuniarum institutas describit: hoc subiiigens. Hæc oia in diuites a pauperibus inclinata onera: deinde est honos addit⁹ nō. n. ut ab Romula traditū cæteri seruauerant reges uiritim suffragium eodemq; iure pmiscue oibus datū est. Sed gradus facti: ut neq; exclusus quisq̄ suffragio uidereť: & uis ois penes primores ciuitatis eēt. Per obscurū. n. est qūo nullus suffragio excluderetur: & uis ois penes primores ciuitatis esset. Hanc per difficilē questiōem cū sollicitissime inuestigarē ex Dionysii Alicarnasei antiquitatū libris: quod uix fieri putabā: quo pacto fieret cognoui. Soluitur igitur pulcherrima ad agnitiōem romanæ historiæ questio de centuriatis & Curiatis comitiis. Sed ne te longius Sanute prefatione remoueret: ad alexandrinū negocium: quo maxime Ci. Laborat Lentulo gratiam relaturus accedemus. Vale.

AEgyptiorū reges a Ptolo. Lagi filio: q primus alexandro successit Ptolomæi appellati sunt: quorum noīa atq; ex maribus indita cognomina: cū apud scriptores græcos legunť: tum ex ordine successiōis in ultimo geographiæ libro a Strab. cōmemorantur. Auletes uero ultimus Ptolomæorū flagitiosus tradiť ut pote qui choraulā exercuerit: atq; in regia certamina cēlebrarit: ad quæ ipse cum aliis concertaturus prodibat: huius frater fuit Ptolo. alter: cui Cyprus in ditionem cōcessat. Vt idem Stra. refert. Hic cū aduersus Ro. bene de se meritos ingratum se præberet: sublēuatus & ipse est. Insula uero a Ro. occupata fuit. Sed auletes ad stabiliendum regnum pecunias quibusdam Romanorum proprias & mutuo acceptas ut amicus & socius Romanorum appellaretur impendit: quas postea cum ab ægyptiis per uim exigeret: molestus ciuibus erat: tum propter hoc: tum etiam q Romanis Cyprum repetere nolebat: quam rem Alexandrini iubebant: uel repudiata Romanorum amicitia & societate. Ergo cū nec eos ut quiescerent persuasisset: nec posset per uim cogere: peregrinum. n. exercitū nō habebat: Romā ex ægypto profugit: accusauitq; ægyptios q eū regno expulissent. Cōtigit aūt ut de eo reducēdo agereť Lentulo Spinthere cōsulem: cui Cilicia mandata fuerat. Interea Alexandrini dum ignorent regē in Italiā uenisse: quē mortuū existimabant. Beronicem illius filiam in regno constituerunt q̄ primum Cybiosactem maritum cœpit: hunc diebus paucis elecit: cum eius ignobilitatem illiberalitatēq; pati non posset. Pro illo alius uenit: qui & ipse se Archelaum Mitridatis filium simulabat: qui Archelai quidē filius erat: eius qui cōtra Syllam bellum gessit. Res autem Ptolomæus ro. profectus a Pompe. suscipiť: & senatui cōmendať: hoc cū Alexandrini resciuiscent: centum oratores Romam miserunt: qui responderent criminibus quibus a rege accusarentur: recriminarenturq; illum de ui & iniuria quib⁹ eos affecisset: quo præcognito: quāuis Romæ eēt: legatis rex insidiatus est subsessionibusq; alio atq; alio dimissis in itinere multos eorum priusq̄ Ro. uenirent interfecit: quosdam in urbe ipsa tolli curauit: alios perterrefaciens: uel pecuniis corrumpens persuasit: ut neq; conuenirent: & colloquerentur magistratus de iis pro quibus missi fuerant neq; in totum ullam memoriam de cæde aliorum faceret: quod ad negocium occultum fuit. Senatus autem grauiter rem tulit: causam eorum acerrime Marco Fauonio alio agente modo. Nam multi legati socioq; Ro. missi per uim perditi fuerant. Præterea nō pauci Romanoq; dona acceperant: qui nō permitterent Dionē qui unus erat legatorum in senatum ingredi [illegible] nem ullam de cæde legatorum quousq; is adesset facere. Cæso uero per do-

cum Pom. ut supra diximus: regem domi suscepisset: illō hoc facto admodū

ntur: pauci admodum conuicti fuere: tū acceptio munerum poterat: ut se in

nt: & hæc quidem pecuniarū gratia mortales faciebant. Sed principio inse

rectū erat fulmine icto: per aliquod tēpus reductio Ptolomæi repressa est

c ascriptum inuenere. Si ægypti rex auxilio quodam indigens uenerit eius

um multitudine ne iuueritis quod si aliter factum fuerit: labores & pericula

d ea quæ tunc gererenť admirantes: quæcunque prius decreuissent rescide

s per quem sibyllinorum uersuum sententia in publicum uenerat. Nam cū

nisi prius senatus decreuisset in uulgus enunciare: Cato ueritus ne sibyllæ

o responsum a senatu acciperent oraculum sibyllæ aperire. Post hæc uero

q; quidam reditum regis Lētulo Spintheri: sed sine exercitu: alii uero rem

s reduceret. pto. cognita sibyllæ sententia rogauit ut per pompe. reducere

tribunos plebis tulisse: ut pompe. sine exercitu cum gemino lictore ad pto-

etur: cui rei non grauiter hæsisse uisus est Pompe. sed senatus id omisit cū

p eo ad rem frumentariam uti uellet q̄q̄ ut iidē historici hoc est Dion & Plu

nsul maxime laborasse: ut præfectura annonæ pompe. mādaretur: tradita

Po. parerent: hoc autem fecit Spinther ut ad maiorem magistratum Pom.

mitteretur: Aulus plancus in collegio tribunorum recitauit literas qbus no-

tabatur pto.

tabatur pto.orare:ut pro Spintere.pom.mitteretur.Cum uarias autem & diffidentes senatorum sentētias ptolo.cogno
uisset desperato reditu ephesum concessit apud eam.postea uero q̄q̄ Romani auxilium abnegassent:& grauiter eius lar
git ōes ferrēt:reductus est & regnū recuperauit.Hoc aūt fecerūt po.atq; Gabi.tm̄ enim potētia & pecuniæ tūc ualuerūt: Pōpei⁹
ut pter populi uoluntatem:& senatus decreta pom.Gabi.scripserit:quem Syriæ cum exercitu præfecerat:ut regē redu Gabi.
ceret:nihil enim curarunt alter muneribus:alter uero gratia de Sibyllinis uersibus.Reus deinde Gabi.tactus ē:sed cō nus
uinci nō potuit tum pompeii:tum pecuniarum gratia.Sed cum legamus Catonem Rhodi cum esset atq; respōsum pto.
Cyprii.expectarent altero ptolomæo ciuibus tunc pulso:& relicta Alexandria Ro.nauiganti ea spe ut pompeii & Cæ.
armis in regnum reduceretur:consilium optimum dedisse ut domum rediret:& cum suis ciuibus pacaret.Dubitabit ali-
quis Cur Dion tradat Alexandrinos ægre tulisse ptolomæum pati Cyprum occupari a Romanis cum rex ipse uiueret:
& insulā in ptāte haberet.Illud adimus quantū tempora supputare potuimus:cū Alexandrini de rege eiiciendo cōsilia
inirent:tunc.p.Claudium pulchrum qui auctor fuit tollendi ptolomæi:in piratas incidisse:regemq; rogasse ut se redime P.Clau
ret:sed precium perexiguum rex misit.adeo ut piratæ id excipere erubescerent.Remissa igitur regi pecunia:& dimisso di. pul-
Clau.sine precio:tribunus deinde plebis creatus Clau.euicit:ut.M.C.in Cyprum mitteretur:eam ab rege ablaturus. cher
Sed Pto.re intellecta priusquam ille aduentasset seipsum interemit:Ca.insulam accepit:& regis opes uenundedit pecu
nia oī in publicum ærarium relata:quod Luca.significat cum dicit.Quod Ca.longinquam uexit super æquora Cypro.
Ergo cum iussu populi mitteretur Ca.ad pecuniam accipiendam satis Cyprus Romā imperio parebat cum in dignita-
te regni ægyptiorum iureq; Alexandrini in quo animo ferebant iam insulam:cui per multos annos ptolomæus ipetra-
uerat in Romanorū iura cedere.Sueto.quoq; significat post initam cū popu.roma.societatē ptolo.Alexandria pulsum.
Nā Ca.laborabat ut sibi ægyptus prouincia plebiscito daretur nactus extra ordinarii imperii occasionem:q̄ Alexandri
ni regē suum socium atq; amicū a senatu appellatum:expulerāt.Igitur ut socius atq; amicus ro.po.ptolo.a senatu reduci
postulabat:nec sine cā atq; iusta senatus de eo reducendo tractauit:q̄ rem primum a me Sanute quæsiuisti:quę autē fo-
ret uersuum sibyllinorum sentētia:satis supra demonstrauimus.Restat ut exponamus atq; comprobemus creditores le-
gendum esse non competitores.Sed hoc subiecta Cice.uerba ad Qu.fratrē confirmabunt.Creditores uero regis apte Credi-
pecunias suppeditant cōtra Lentulum:sine dubio res a Lentu.remota uidet esse tum magno meo dolore:q̄q̄ multa fect. tor
Sed ualde miror:cur domi.exponens illud Iuue.Ipsi magna sonant:sed tunc cum creditor audit præcipue.Inquit enim Indo
creditor qui pecuniam credit debitori.Creditor item cuius pecunia aliquid aliud agit:ut hoc loco:& apud Ci.res agitur mitum
pro eosdem creditores nugatoris plane hominis uerba:quæ nec coarguenda sunt.Nam quid aliud aliquid:creditorum
pecunia aduersus Lentu.ageret non intelligo:sed qui pecuniam regi crediderint:quod & tu quærendū existimasti:nihil
siquidem quod ex historia habebatur:inueni:præter q̄ ea quæ de arbitro posthumo Cice.scribit:is enim grandem pecu
niā regibus Alexādrinis crediderat:pulsus interea regno pto.dolosis cōsiliis:ut dixit Sibylla postq̄ sensit posthumus Ro
mā ueniē:huic egenti & roganti hic infœlix pecuniā credidit:nec tamen primū.Nam regnāti crediderat absens:nec teme
re se credēdū putabat:quod erat nemini dubium quin is in regnū restitueretur a senatu populoq; roma.in dādo autem
& credendo processit longius nec suam solum pecuniam credidit:sed etiam amicorum stulte quis negat aut quis non ad
monet:q̄ male cecidit bene consultum putaret.idest difficile:q̄ cū spem magnam sis ingressus:id nō exequi usq; ad ex-
tremum supplex erat rex multa rogabat:omnia pollicebatur ut iam mutuere posthumus cogeretur:ne quod crediderat
perderet si credere constituisset modum:nihil autem erat rege illo blandius:nihil hoc benignius:ut magis pœniteret coe-
pisse q̄ desistere liceret.Per hęc Ci.uerba constat Rabiriū suam & amicorū pecuniam regi & in ægypto & postq̄ pulsus Rabiri-
regno fuit credidisse.quod conuenit cum eo:quod Dion scribit regem dum regnaret:romanis quibusdam pecunias sta- us post-
tim ēdi regni gr̄a mutuo acceptas impedisse.Quod aūt largione regia multi corrupti fuisse:& supra ex Dione demōstra- humus
uimus:& Ci.idem significat hæc subiungēs:hinc primum exoritur crimen illud senatum corruptum eē dicunt:docetq; Credi-
Ci.ad sumptum itineris ad magnificentiam apparatus:comitatumq; regium suppeditatam pecuniā a posthumo fuisse. tores re
Ergo ausim affirmare creditores regios qui Lentulum pecunia oppugnarent non alios fuisse q̄ rabirium & eius amicos: gii
qui pecunias regi crediderant.Hinc suboritur alia dubitatio:si rex Ro.uenerat cur scribit Ci.Ammoniū regis legatum
aperte Lentuli partes pecunia oppugnare:respondemus regem ut supra demonstratum est in consulatu Lentuli Spin-
theris.& Qu.Metelli nepotis Romam uenisse.Illicq; non inimico po.ro.senatum datum:post uero cum uaria decerne-
rentur:ephesum concessisse:& aut Romæ legatum Ammoniū reliquisse:aut ex Asia misisse ad procurandam in regnū
restitutionē:scribit in eadem oratione idem Ci.Rabirium posteaq̄ rex a Gabinio reductus fuit in ægypto māsisse:ut pe
cuniam exigeret etiam infra dignitatem Ro.nominis Lentu.uero consulatu defunctus in prouinciam Ciliciam:quæ ei
mādata fuerat cōcessit:ex qua facilis erat in ægyptum trāsitus:& cōmode potuisset:siue cū exercitu siue sine exercitu re-
gē deducere.Quare in rege per se reducēdo multū per amicos laborabat:& de creditoribus quidē regiis ab īde ut arbi-
tror dictū est.Ad cætera iam trāseamus de uerbis Liuii liuianum illud in quo maxime continet cōsuetudo ferendorum
suffragiorum ad creādos præcipue magistratus satis cognosci nō poterit:nec explicari:nisi Dionysii Alicar.libros qui de Diony-
antiquitate romana inscribuntur adiuuerimus.Tum quæ is de ordine & diuisione graduū inferendis suffragiis tradat: sii alicar
subtilius pensitantes cum uerbis Liuii contulerimus.Magni momenti res hæc quando frequēter apud historicos & ora- nasei
tores de centuriatis curiatisq; comitiis mentio fiat.Ignoscendum autem est Blondo foro liuiēsi:qui ī sua Roma triūphā- Blōd⁹
ti de comitiis tractans præter ea fere nihil dixit quæ apud Gelium & Pom.festū leguntur:qui duo scriptores uelut per Comi-
transitum:in quo hæc duo comitiorum genera differrent delibarunt.Ea duntaxat uir non indoctus:quæ suis temporib⁹ tia cētu-
cognosci poterant aperire uoluit:q̄ q̄ ex quibusdam Cice.uerbis:ut infra dicemus nescio quid quod a ueritate non multū riata
abest de centuriatis comitiis tradiderit:non uero iam explicatius discrimine atq; ordine ferendorum suffragiorum disse
remus:si illud præmonuerimus sub regibus quinq;:hoc est a Romulo ad Seruium Tullium belli pacisq; munia uiritim
facta.Idem & suffragia in comitiis data:quod proprium fuit curiatorum comitiorum.Posteaq̄ uero cēsus descriptus fuit
distributæq; centuriæ ad centum numerum oneribus inclinatis a pauperibus in dites:hoc est ut diuites pro copia opum
& facultatum onera publica ferrent:qui plus conferebant in reip.usum in plures partiti centurias:plura suffragia ferebāt
de ordine autem gradu ac numero centuriarum magis distincte loqui nō possumus q̄ uerba Liuii:quæ:omnia subnota Liuius
uimus.De Tullio sic scribit.Aggrediturq; inde pacis longe maximum opus:ut quēadmodum Numa diuini auctor iu-
ris fuisset:ita Serui.conditorem omnis in ciuitate discriminis ordinūq;:quibus inter gradus dignitatis fortunæq; aliquid
interlucet posteri fama ferrent.Censum enim instituit rem saluberrimam tanto futuro imperio:ex quo belli pacisq; mu- Classes
nia non uiritim ut ante:sed pro habitu pecuniam fierent.Tunc classes centuriasq;:& hūc ordinem ex censu descripsit,uel Centu-
pace decorum uel bello.Ex his qui centum milium æris aut maiorē cēsum haberēt.lxxx.confecit centurias quadragenas riæ

Prima classis — Secũda classis — Tertia classis — Quarta classis — Quinta classis

seniorum ac iuniorum:prima classis omnes appellati seniores ad urbis custodiã: ut praesto essent: iuuenes ut foris bella gererent. Arma his imperata galea clipeus ocreæ lorica omnia ex ære. Hæc ut tegmenta corporis eẽnt:tela in hostẽ hastaq; & gladius additæ huic classi duæ fabrũ cẽturiæ:quæ sine armis stipendia facerent datũ munus ut machinas in bello ferrent. Secũda classis intra centũ usq; ad quinq; & septuaginta miliũ cẽsum instituta:& ex his senioribus iunioribusq; uiginti conscriptæ centuriæ. Arma imperata scutum pro clipeo:& præter loricam omnia eadem Tertiæ classis in quinquaginta miliũ censum esse uoluit totidem centuriæ:& eæ eodem discrimine ætatum factæ nec de armis quicquam mutatum. Ocreæ tantum ademptæ. In quarta classe census & quinq; uiginti milium totidem centuriæ factę arma mutata nihil præter hastam & uerutum datum. Quinta classis aucta centuria triginta factæ fundas lapidesq; missiles hi secum gerebant. In his accensis cornines tibicinesq; in tres centurias distributi. Vndecim milibus hæc classis censebatur hic minor cẽsus reliquam multitudinem habuit. Inde una centuria facta est immunis militia ita pedestri exercitu ornato distributoque equitum ex primoribus ciuitatis.xii.scripsit cẽturias sex. Itẽ alias ceturias tribus ab Romulo institutis sub iisdẽ quibus inauguratæ erant nominibus fecit. Ad equos emendos dena milia æris ex publico data:& quibus equos alerẽt uiduæ attributæ:quæ bina milia æris in annos singulos penderent. Hæc oĩa in dites a pauperibus inclinata opera. Deinde est honos additus:nõ enim ut ab Romulo traditum cæteri seruauerãt. Reges uiritim suffragiũ eadẽ ui eodemq; iure promiscue oĩbus datũ est. Sed gradꝰ facti ut neq; exclusus quisq̃ suffragio uideret.& uis oĩs penes primores ciuitatis eẽt:eqtes enim uocabanł primi.lxxx.inde primæ classis cẽturiæ peditũ uocabanł ibi si uariaret qđ raro incidebat ut secũdæ classis uocarenł:nec fere unq̃ ifra ita descẽderẽt ut ad infimos peruenirẽt. Nec mirari oportet hũc ordinẽ:q nũc ẽ post expletas quinq; & triginta tribus duplicato eoꝶ numero cẽturiis iunioꝶ seniorũq; ad institutã a Ser. Tullio summã nõ conuenire. Hæc fere eadem a Dionysio traduntur in libro septimo ubi narrat quo pacto damnatus fuit Martius coriolanus:rem tamen ipsam apertius declarat:docetq; qua ratione nullus suffragio exclusus uideretur:& uis omnis pene primores ciuitatis esset. Nam quotiens populis permittente senatu in centuriatã a consule uocabatur præfectus sacris quibusdam ex lege campum martium:qui ante urbem erat multitudo conueniebat sub centurionibus & signis posita ut in bello ferebantq; calculos:nõ tamen omnes accipientes sed per ordines quiq; singulos:qui ordines centũ nonaginta erãt in sex diuisi classes ut supra ex Liuio demonstrauimus: quamquam numerus centuriarum siue ordinũ nõ contingat hũc numerũ. Sunt enim centuriæ.c.lxxxx.annotatæ. Sed ad præsens negocium hæc numerũ discrepantia parum facit: nisi forte præter decem & octo centurias equitum:tres etiam a Romulo institutas annumerauimus. Igił quotiens nonaginta trea centuriæ idem sensissent:tunc in ea re de qua agebatur ferendorum suffragiorum finis aderat:neq; amplius dabant reliquis centuriis sex & nonaginta ferendos calculos: quod si narrassent inter se primæ classis centuriæ:quę numero erant nonaginta octo:connumeratis in eis decem & octo centuriis equitum:tunc secũda classis:quæ erat duarũ & uiginti centuriarum uocabantur:& tertia classis ac deinceps reliquæ:donec idem septem & nonaginta centuriæ sentirent. Sed persæpe certamina dignitatum & magistratuum finem per eas centurias:quæ primæ uocatæ erant accipiebant ita ut non esset opus amplius in aliquo ultimis. Raro Autem ita res uariebatur ut ad ultimum usq; suffragium procederet. Liquido de his Dionysii uerbis patet quomodo nullus excluderetur suffragio:cum omnes centuriæ in campum Martiũ prodirent:& ius omnium foret ad ferenda suffragia:uis autem ipsa penes primores maneret hoc est quotiens nõ uariassent:quorum tamen suffragia nunquam adeo uariabantur:ut necesse esset admittere infimæ sortis homines. Hic fortasse quæres cur tantum septem & nonaginta centuriæ certamina campi deciderent:ad quod dicimus hũc morem habuisse Romanos:& ẽt ab Atheniensibus:ut Augustinus scribit:seruatus est ut in iudiciis quotiens pares essent sententiæ iudicium reus absolueretur. In creandis uero magistratibus:& incertaminibus campi:quia paria non poterant esse suffragia:quæ omnia numero erant.cxciii.ubi primum ultra dimidium uentum erat:statim finis imponebatur. Ergo nonaginta septem finem statuebant:cum transcenderent dimidium:& hæc erant:centuriata comitia in quibus suffragia ferebantur.ex sensu & ætate quia centuriæ erant diuisæ bifariam seniorum ad urbis custodiam:& iuniorum:qui foris bella gererent. Et quia Romanus populus his comitiis non multũ aberat ab instructo exercitu:pro militari munere diuisus erat

Aulus Gelliꝰ — Comitia curiata

ideo dixit Aulus Gellius centuriata comitia intra pomerium fieri nefas esse:quia exercitum extra urbem imperari oporteat. Intra urbem imperari ius non sit:propterea centuriata in campo Martio haberi exercitumq; imperari:præsidii causa solitum:quoniam populus esset in ferendis suffragiis occupatus. Præterea idem auctor tradit maiores magistratus comitiis centuriatis fieri Cice.quoq;:quod & Blondus notat Lucium. Murenam defendens ambitus petitione cõsulatus accusatum inter alia argumenta hoc uno potissimum usus est. Murenam forma omnium grauiore delectum fuisse illo die:quo auspicato comitiis centuriatis Lucium murenam consulem renunciauit. Erat enim grauissima forma comitiorũ: quorum uis omnis penes potentes essent. Curiata uero comitia:quæ per lictorem curiatim calabantur: idest uocabanł ex promiscuo suffragiorum genere constabant. Hæc enim ab Romulo & reliquis regibus istituta fuere:omnisq; Roma. popu.ad curiatam contionem uocatus in forum conueniebat finibusq;:quibusdam loca fori concludebant:in quibus singulæ curiæ separatim tanquam in septis sistebantur uiritim suffragia laturæ: & fere plebiscita & leges curiatis comitiis rogatione trinundinum facta ferebantur. In uestra autem Aristocratia ferendorum suffragiorum hic ordo non habeł. In

Aristocratia Venetorum — Ducis Veneti creatio

designãdis autem magistratibus quotiens uniuersa cõtio in atrium amplissimũ coit:per subsellia partiti patritii ad sortẽ electionis prout sors exierit citantur quæ diuisio subselliorum habet quippiam simile uocationi tribuũ per septa discretarum. Est quotiens dux creatur:quia magistratus ille summus est:& perpetuus. Vnus &.xl.uiri miro ordine & qđ uix fieri posset uidetur sorte & consilio delecti statutum modum suffragiorum habent nam qui prior quinq; & uiginti suffragiorum puncta tulerit:is statim dux salutatur:difficiliusq; est ad hunc numerum peruenire:q̃ in generali contione ut dicitis mille suffragia tulisse:quod scilicet grauiore iudicio:& maturiore consilio res tanta gerał. Differunt etiam suffragiorum qualitates. Nam in quem plura puncta e duobus aut quatuor competitoribus collata fuerint:is magistratui designatur:quæ lex incuriatis comitiis Roma. seruabatur. At in duce creando contentio suffragiorum non admittitur:hoc ẽ qui plura tulerit:quod in centuriatis comitiis seruabatur. Nam cum candidatus quispiam siue is consulatum:siue præturam:

Rector patauini studii — Prærogatiua Tribus

aut quæsturam peteret.yii.&.xc.de quibus supradiximus suffragia accepisset illico designatus habebatur. Patauii si licet maximis minima componere : in creando eo magistratu:qui ius inter scolasticos dicat:uestigia quædam curiatorum & centuriatorum comitiorum apparent. Nam sacrarum legum studiosi per nationes quasi centuriatim diuiduntur: tamen una quæq; nationum delegit cui potestas pro omni gente ferendi suffragii datur:qui uero liberalibus artibus atq; philosophiæ incumbunt:uiritim latis suffragiis rectorem:sic enim is appellatur:creant. Et quia de comitioꝶ ratione multa differuimus:prætereundo non uidetur quid eẽt prærogatiua suffragiorum:& quæ prærogatiue tribus atq; centuriæ dicerentur. Pedianus ait prærogatiuas tribus esse,quæ primæ suffragium ferũt ante iure uocatas. Mos enim fuerat quo

facilius in

facilius in comitiis concordia populi firmaretur: bina: domo de iisdē candidatis comitia fieri. quorum tribus primæ præ-
rogatiuæ dicebant quos uellēt consules fieri: secūdæ iuræ uocatæ ꝙ in his sequēte populi: ut sæpe cōtigit prærogatiuæ
uoluntate iura omnia complerentur: hæc elegantissimi & nobilissimi interpretis uerba: ut plenius & melius intelligātur
aliquid a nobis addendum uidetur: quantum ex Li. & reliquis historicis: ubi ꝓrogatiuæ mentiofit: conicere possumus
iure uocatæ tribus & centuriæ dicebantur: quæ iussu cōsulis: aut tribunorum incontionem ueniebant. Hæ ad ferēda suf-
fragia uocabantur: ut supradiximus. Sed antequam ad suffragia citarentur nonnunquam sermo in populo habebaẜ de
dignis indignis ue ut fierent. Cæteri diligentiores ad suffragia de his ferenda: & plerunq; is candidatus dignitatem cō-
sequebatur: in quem sermo populi inclinasset: diligentius: quandoq; mecum cogitaui: an in uestra republica præpotēti &
recte instituta aliquid geratur: ꝙ aliquam prærogatiuæ similitudinem referat: tandem depræhēdi eos magistratus: qui
per scritinium designantur: quodammodo prærogatiuæ more designari. Nam sunt prefecturæ quædā in urbe: quæ scru-
tinio patrū designatæ: mox uniuerso patritiorum ordine consentiente conferuntur: & fere quod patribus placuit: hoc uni-
uersa contio sequitur atq; confirmat: siue leges ferantur: siue magistratus demandentur. Est tamen aliquando: ut diuersa
a patribus & a senatu contio statuat: hinc existimamus quod Ro. in democratia prærogatiuam dixerūt: id nostris tempo- Præro-
ribus Venetos in sua Aristocratia scrutinium appellare: & ut semel dicam quod sentio: quicquid suffragiis uniuersalis gatiua
concionis confirmandum: atq; ratificandum est: quamuis rogati patres id decreuerint: prærogatiua senatus factum dici Scruti-
potest. Ad nostram sententiam tum confirmandam: tum apertius declarandam: quæ Liui. in. xxi. lib. scribat: ubi de Hā- nium
nibale loquitur subnotauimus. Quin prærogatiuam militarem qua ex templo iuuenis Hānibal intra prætorium delat- Præro
imperatorq; ingenti omnium clamore atq; assensu appellatus erat: fauor etiam plebis sequebatur. Prærogatiuam milita- gatiua
rem intelligimus ingentem omnium clamorem atq; assensum militum cum Hannibal appellatus est imperator: quam milita-
mox plebs sequeretur: quæ & suo studio: iussaq; suffragiis illum imperatorem exercitus factura erat. Tertulianus item in ris
apologetico. Tiberius ergo cuius tempore nomen Christianum in sæculum introiuit annunciatum sibi ex Syria palesti- Tertu-
næ quæ illic ueritatem illius diuinitatis reuelauerat: detulit ad senatum cum prærogatiua suffragii sui. Senatus quia ipse lianus
non probauerat respuit: quid enim fuit prærogatiua suffragii Tiberii: nempe quia prius ille decreuerat Christum uerum
Deum haberi. Locus hic poscere uidetur: ut de promulgatione legum pauca differamus. Nam leges ipse trinundino fer-
ri solitæ erant: nec alio mō rite a iure latæ dicebātur: nisi trino promulgate nundino. Ergo quid esset trinundinum prius Trinū
dicendum uidetur. Prisci Ro. ut Varro & Dionysius auctores sunt. annum ita diuiserunt: ut nonis modo diebus: qui in dinum
agro uersarentur in aliquo opere faciendo urbanas res usurparent: reliquis septem ut rura colerent: de quo die intellexis-
se mihi uidetur. Ouid. in fastis cum ait. Est quo nono semper ab urbe redit. Ergo nundinis rusticæ tribus in urbem ue-
nientes permutationes faciebant rerum uenalium: litesq; componebant: & de publicis: quorum erāt ex lege Domitii: &
quæ permitteret ipsi senatus suffragia ferentes ea sanciebant. Tunc Tribuni maxime plebis legem ꝓmulgabant: diesq;
statuebant tertii fore fine trinūdini. Nam primo foro legebatur lex. Itidem secūdo foro: ast tertio foro cum turba ex agris
uenisset: rogatio fiebat & præco subiiciente scriba uerba legis populo recitabat. Tuncq; populus sanciebat. Ergo primo &
secundo foro uelut binundino lex promulgabatur: hoc est ut exponit Pompe. Festus in uulgus edebatur: est enim ꝓmul-
gare: quasi prouulgare: & ut dilucidiuarem ostendamus tempore promulgationis licebat intercedere: cum uero lata esse
nequaq̄: quam rem significat Cice. in prima Antonianorum: hæc dicens aduersus leges duas: quas Antonius post Cæ-
saris mortem promulgauerat: hoc est de tertia de curia iudicum. Et ut de ui & de maiestate damnati ad populum prouo-
carent si uellent: ait enim ac de his tamē legibus quæ promulgatæ sunt saltem quæri possumus: de his quæ iam latæ di-
cuntur: ne illud quidem licuit. Ille enim nulla promulgatione latæ sunt antequam scriptæ: quid est ergo quod dixit nul-
la promulgatione latæ sunt: nempe ꝙ trinundino populo recitatæ non fuerunt nec licuit illis obsistere: aut contradicere:
uel ut magis proprie intercedere. Vnde paulopost ait loquor de legibus promulgatis: de quibus est integrum uobis de-
monstro uitia: tollite: denunciatio: uim arma remouete hanc ferendaq; legū consuetudinem maiores quoq; uestri Sanu- Promul
te optime in Aristocratia instituerūt. Nam quotiens grauior quædam res tractanda inciderit: de ea prius in curia sanctis- gare
sima patres rogant aliquod dierū deliberatiōe permissa. Postea uero senatus decretum super ea re fit: prout ei seriui pru-
dentissimi uiri: mox uero quæ senatus decreuit: ad contionem uniuersalem delata sciūtur: siue sanciūtur: si tamē illud di-
uulgari licet: quod superiore anno factū uidimus: ubi lex sumptuaria lata fuit de moderādo præcipue mulierū ornatu.
Ea enim lex primum ad patres per principes senatus relata fuit: quam hi mox cum prærogatiua suorum suffragiorum
concioni demandarunt: quæ patrum decreta magno studio sciuit.

¶ Quam multa in epistolis familiaribus quæ nunc habentur Ciceronis præpostera: tum quem in ordinem resti-
tuendæ Capi. XXV.

NActus sum Ciceronis epistolarum familiaꝶ uolumen antiquissimum. de quo etiam supra dixi tum ex eo ipso
alterum descriptum: sicuti quidam putant Francisci Petrarchæ manu. Descriptum autem ex ipso liquet multis
argumentis quæ nunc omiserim. Sed hic posterior quem dixi codex: ita est ab indiligente bibliopola conglu-
tinatus: uti una transposita paginarum decuria: contra quam nota sit numeris depræhendatur. est autem li-
ber in publica gentis Medicæ bibliotheca. De hoc itaq; uno quantum coniiciam cuncti plane quotquot extāt
adhuc epistolarum earundem codices: ceu de fonte capiteq; manarunt: inq; omnibus præposterus & peruersus lectiōis
ordo: qui mihi nunc loco restituendus: quasiq; instaurandus. Quare adhibe quæso animum quicunq; liberalis has lite-
ras amplecteris. Igitur in libro octauo. Cælii epistola ad Ciceronem: sic incipit Certe inquam absolutus est me repræ-
sentāte pronunciatum est. & quidem omnibus ordinibus: sed & singulis in uno quoq; genere sententiis. Vide modo inqua
hucusq; ordo nondum interpellatus. Quæ autem statim sequitur uerba. Literis ostenderis: & cætera: diuersa prorsus a
superioribus atq; alterius epistolæ inuenias: Perge porro: ab ea ipsa epistola deinceps numerare sequentis ad eam quæ
sit quarta & uigesima: cuius ita principium: non mehercules. Nihil unquam enim q̄ cū superiore continuaẜ. Vt legas ita.
Certe inquam absolutus est me representante pronunciatum est & quidem omnibus ordinibus: sed & singulis in uno
quoq; genere sententiis. Vide modo inquis. Non mehercules: nihil unquam enim atq; ita reliqua subtexe. donec ab hac
ipsa: quā diximus alterius esse epistolæ perueneris ad sequentem decimam: cuius hoc initium. Sic tu inquis Hirciū: quā
eo usq; lege dum in uerba hæc incidas. Si ullam spem: quæ simul offenderis. Totū hoc delebis: aut in recto uitii cętera
mihi probabūtur. Totum hoc inquam delebis aut induces: quoniam aliena plane huic loco. Mox denuo recurres ad ea
quæ posita perperam sunt in illa Cælii de qua primitus dictum: atq; ita continuabis lectionem. Si ullam spē literis oste-

deris ita tractim legens ad epistolam perueniens tertiam ab hac & uigesimam sic uidelicet incipientem. Duabus eius epistolis respondebo: clausamque hac fini. Si enim nihil est in parietibus aut tecto uitii cætera mihi probabuntur. Post eamque statim cōsequi debet epistola quæ nunc ab illa undecima: sic ordinans. Delectauerunt me tuæ literæ. Comprobat hunc ordinem quem posuimus nō solū codex uterque: uel ille antiquus uel hic ex eo statim natus a quo cæteros quoque omnis bibliopolæ uitio deprauatos liquet. Sed intellectus etiam sensusque ipse luce clarior sic ut acutius inspicienti quicqd usque prorsus obscuri est ambiguique tollatur.

¶ Verba in Ciceronis epistola ex Enni Medeæ de græca Euripidi. Cap. XXVII.

Cicero in epistola ad trebatium. Hoc tibi tam ignoscemus nos amici: q̄ ignorauerunt Medeæ quę corinthum arcē altam habebant: matronę opulentę optimates: quibus illa manibus gypsatissimis persuasit: ne sibi uicio illæ uerterent quod abesset a patria. Nam multi suam rem bene gessere & publicam patriam procul. Multi qui domi ętatem agerent: propterea sunt improbati. ¶ Nemo ex his quorum edita sit sententia suspicatus est adhuc non esse ista plane Ciceronis uerba: sed poetę alicuius magis: cui liceret uti uocibus illiusmodi figuris: ceu sunt illa quę corinthum arcem altam habebant: & matronæ opulentæ opimates: neque saltem hoc uiderunt: iambos adhuc in his uersibus extare integros duos: aliorumque quasi discrepta mēbra ueluti noscitari. Nos hæc Enni Medea uerba esse collegamus: non quidem suo prosus ordine: sed quo commodissimum Ciceroni fuit allegata. Nam cum de græca Euripidi uersam ab Ennio Medeam in latinum cognouissemus sententiam protinus horū: uerborum: de ipsa nimirū. Euripidi tragœdia: quando illius Ennianæ iacturam fecimus: libuit aucupari. Sic igitur in ea fabula cum matronis corinthiis loquens inducitur Medea uti persuadeat non sibi uerti uitio oportere quod absit a patria. Quando multi inquit honesti etiam procul a patria: multi contra domi fuerūt inglorii. Nam male audiebant peregrinæ fœminæ: unde illud comicum. Adeon est demēs: ex peregrina. Similiter taceri posse ait Parmeno: famiam fuisse Thaidus matrem: tunc æthenis uictitantis. Versiculos autē Euripidis ipos ex medeæ persona ne quis fortasse desideret: hic ascribem⁹: κορίνθιαι γυναῖκες ἐξῆλθον δόμων μή μοί τι μέμψησθ' οἶδα γὰρ πολλοὺς βροτῶν σεμνοὺς γεγῶτας, τοὺς μὲν ὀμμάτων ἄπο τοὺς δ' ἐν θυραίοις· οἱ δ' ἀφ' ἡσύχου ποδὸς δύσκλειαν ἐκτήσαντο καὶ ῥαθυμίαν. Quod autem diximus poetam Enniū de græco uertisse tragœdiā. Euripidi Medeam partim de uerbis Ciceronis coniectamus: qui sic ait in primo de bonorū malorumque finibus. Quis enim tā inimicus pene nomini Romano est qui Enni Medeā: aut Antiopam Pacuuii spernat aut reiciat. Qui se iisdem Euripidi fabulis delectari dicat: latinas literas oderit partim ēt: quod ennianæ tragœdiæ principium multis locis: ut a Quintiliano uolumine quinto: ut a Cicerone in libro de fato: ut item ab aliis auctoribus identidem citatur: sed nusquam tamen lōgiore tractu q̄ in rhetorico secūdo eiusdem Ciceronis ad Herēnium. Quod hic ex codicibus uariis emēdatum subscribimus: ut illustretur obscuritas locis aliquot in lingua latina aboriēs: quotiēs unus aut alter de eius tragœdiæ principio uersus allegatur: supresso auctoris nomine: simulque intellectu suspenso. ¶ Locus ipse apud Ciceronem sic est. Ne ennium inquit & cæteros poetas imitemur: quibus hoc modo loqui concessum est. Vtinam ne in nemore pelio securibus Cæsa. accidisset abiegna ad terram trabes. Ne ue inde nauis inchoandę exordium cepisset: quę nūc nominatur nomine Argo: qua argiui uecti delecti uiri petebant illam pellem iauratam arietis Colchis imperio regis peliæ per dolum. Nam nunquā ęrrans mea domo efferret pedem Medea animo ęgro: amore sęuo saucia. Est autem trabes in uersiculo secundo singularis numeri quemadmodum & Priscianus legit libro septimo. Vetustissimi enim ut ipse inquit: etiam trabes pro trabs proferebant. Euripidi uero tragœdiæ principium si cum ennianæ conferas: feceris arbitror operepreciū quod & subnectā. εἴθ' ὤφελ' ἀργοῦς μὴ διαπτάσθαι σκάφος κόλχων ἐς αἶαν κυανέας συμπληγάδας μηδ' ἐν νάπαισι πηλίου πεσεῖν ποτε τμηθεῖσα πεύκη, μηδ' ἐρετμῶσαι χέρας ἀνδρῶν ἀριστέων οἳ τὸ πάγχρυσον δέρος πελίᾳ μετῆλθον. οὐ γὰρ ἂν δέσποιν' ἐμὴ μήδεια πύργους γῆς ἔπλευσ' ἰωλκίας ἔρωτι θυμὸν ἐκπλαγεῖσ' ἰάσονος.

Tra-bes pro trabs

¶ Panici terrores qui uocentur: eoque locupletissimi citati testes. Cap. XXVIII.

IN Ciceronis epistola ad Tironem: quæ posita in extremo familiarium uolumine: sic scriptum est. Et si Atticus noster qui quondam me cōmoueri πανικοῖς intellexit idem semper putat: nec uidet quibus pręsidiis Philosophię septus sim. Hercle quod timidus ipse est. θορυβοποιεῖ. Panica uocantur: ut arbitror: a græcis repentini quidam terrores: & consternatiōes: quales utique lymphatici metus nisi adeo irreuocabiles: ut non ratione modo: sed mente etiā careāt. Quo item uerbo Cicero idem utitur in epistola ad Atticum libro quinto. Scis enim inquit quędam πανικὰ dici. Facit item Hyginius de panico terrore mentiōem quo loco de Capricorno: his uerbis. Hic enim dicitur cum Iuppiter titanas oppugnaret: primus obiecisse hostibus terrorem qui panicos dicitur: ut ait Aratosthenes. Quam fabulam & Germanicus innuit in Arateo commentario. Euripides in Medea sic ait. καί τις γεραιὰ προσπόλων δόξασά που ἢ πανὸς ὀργὰς ἤ τινος θεῶν μολεῖν ἀνωλόλυξε. Panos autem uocat iras. Euripides: sicuti est apud antiquissimum ipsi⁹ iterpretē τὰ πανικὰ δείματα. panicos terrores: ὅτι τῶν τοιούτων αἰφνιδίων φόβων καὶ ταραχῶν αἰτίαν τῷ πανὶ ἀνατιθέασιν. Quoniam inquit repentinorum terrorum: & consternationum causam: deo pani tribuūt. Et apud Synesium in libro de prouidentia sic inuenio ferme: καὶ πανικοὶ θόρυβοι μεθ' ἡμέραν τὸ στρατόπεδον κατελάμβανον. Et panici tumult⁹ iterdiu exercitū occupabant. Quo loco ampliter etiam cuiusmodi essent hi denique terrores explicantur. Quin interpres etiam nescio quis ita uerba hæc ipsa Synæsi enarrat: ut panicos appellari terrores dicat: cum repente in exercitu uiri equique perturbantur nulla comparente causa. Solent enim inquit fœminæ ui numinis instinctę panos orgia clamoribus concelebrare: quibus utpote repentinis metu audientes afficiuntur. Sed & Nicetes Choniates non aspernabilis omnino inter gręcos auctores panicorum meminit phantasmatū in oratione quapiam sua. Theon quoque Arati poetę interpres. Militasse ait pana deū aduersus Titanas: primumque eum uideri concham illam tortilem & turbinatam qua p tuba utuntur inuenisse: quę gręce Cochlos appellatur factumque ipsius opa: uti se amādi sociis interim fieret copia dū sonitu quocūque illo qui panicos uocat: in fugā Titanes agebant. Sed & Nonnus Poeta Dionysiacon decimo furentem describens Athamanta nūc in sano panos flagello furiatum ait. Nunc intra ipsius aures bōbū illū insonuisse panici saturni flagelli: uerba ita sunt. οἷς ... α· ἀμας μα... ... πανὸς ἱμασθλ... Et itē ... ἀκούων παν... ... Quo sit nūc piaculo Valeri Flacci pulcherimos poetę uersus, taceā super hoc ipso positos in libro argonauticon tertio. Dant: inquit: ęthere longe. Signa tubę: nox & mediis emissa tenebris. Nostris habet portus soliti rediere pelasgi. Rupta quies deus ancipitem lymphauerat urbem. Migdoniæ Pan iussa ferens sæuissima matris. Pan nemorum bellique potens: quē

Panici terrores

Panos Ira

Synesius

Nōnus

lucis ab

lucis ab oris. A nira tenent:patet ad medias per deuia noctes. Setigerum latus:& toruæ coma sibila frōtis. Vox omnes super una tubas qua conus & enses. Qua trepidis auriga rotis nocturnaq; muris. Claustra cadētalisque metus non martia cassis. Enmedidumq; nō tristis ab æthere Gorgo. Sparserit aut tātis aciem raptauerit umbris. Ludus & ille deo pauidum præsepibus aufert. Cū pecus & profugi sternunt dumeta iuuenti. Quin. libro etiam sexto apud eundem bar barus quispiam ad terrorem incutiendum simulacra panos prætulit. Hispidus inq; dei latuit terrore lycæi. Sed & Sozimus historiæ græcus auctor in libro tertio monstroso aspectu quempiam apparuisse pellitum dicit. Albanis Romanisq; prælium commissuris. Etenim deū pana belligerum fuisse uel ex argumēto Nōni cognoscimus uel ex Theocriti fistula nam in ea sunt ista quoq; uerba de Pane deo. Eundēq; fuisse Atheniensibus auxilio contra Persas cum alibi legimus:tum in ea ipsa quam diximus fistulas:his. uerbis.

Sozimus

Vitiose quæpiam in epistola Ciceronis:deq; uocabulo quod est Sciamachia. Cap. XXXIIII.



Rusticum nimis & illepidum sordidumq; adeo plane uocabulum Ciceronis epistolam occupauit:eā quæ est ad Brutum isto principio Mirabiliter mi Brute lætor:sic enim in ea legimus meæq; ille uæhementes contentiones tanq̄ scientia annihilatæ esse uideantur. Quod quidam tamen hactenus corrigunt:ut dicant tanq̄ si iā annihilatæ esse uideant. Consulant quæso æruditi peritiq; idoneoq; uerborum ueteriūq; lectionum cōsulāt suum quisq; iudicium sensumq;:ac tum demum credere audeant annihilatas contentiones scriptum fuisse a Cicerone. Nos in codicibus duobus Medicæ familiæ:quorum supra quoq; fidem allegamus:mendose id etiam:sed tamen ut erroris adhuc uestigium non sit abolitum:sic reperimus tanq; sciamachiæ esse uideātur. Quare suspicamur legendum:Sciamachiæ. Sunt enim Sciamachiæ nihil iane aliud quam umbratiles pugnæ Sentit enim Cicero hoc utiq; fingere iam se plane in senatu non succedentibus Bruto rebus:suasq; illas uæhementis contentionis. Sciamachias uideri. Vocabulum ipsum perquam est elegans apud græcos:& magnopere usitatum. Quin. Galienus quoq; medicus in libro secundo sic ait.

Sciamachia

Inter celeres exercitationes quæ tamen attentæ uiolentæq; nō sunt. & cursus annumerat:& Sciamachias. Denique uel Eustachius in Odysseæ commentario Rapsodiæ tertiæ:de uerbo eo sic meminit. Et. M. Varro satyram unā e suis illis Menippeis Sciamachiā inscripsit. Hæc enim est apud Gellium uera ex antiquis exemplaribus lectio:non ut quidam etiam scribūt Crio machia. Quin. paulo etiam supra in epistola eadem Ciceronis uocabulum alterum quod est de græca scriptura deprauatum migrauit in latinam. Nam pro eo quod erat factum iam optanō. Neq; autem hoc quoque ab ullo hactenus animaduertū. Quare sic legeris. Plane iam Brute frigeo. Organō enim erat meum senatus:ut quo p: organo Cicero proque instrumento utebatur.

Eustachius

Organon

Quod erat in Cice. epistola uocabulum philotheoron corruptum de in improbe in nomen quod est philoctetem. Capitulo. LXXXVII.

IN Ciceronis epistola ad Trebatium:cuius initium. In equo troiano scis:esse in extremo sero sapiunt:ita scriptum fere cunctis exemplaribus inuenitur. Deinde quod in britannia non minus quam Philocteten te præbuisti plane nō reprehendo. Diu me torseram maceraueramq; eliciendo sensu de uerbis his:neq; pcedebat. Quorsum enim de Philotecte hic Cice. Sed enim postea codicem illum uetustissimum Laurenti Medicis opera sum nactus: quem & superius citaui minus multo quam cæteri deformatum inquinatum peruersum cōturbatum. Nam in eo licerat. Deinde quod in Britannia non minus Philotheorum te præbuisti plane non præbendo. Nam Philotheorus is est qui spectationum studiosus:qualem se Trebatius in Britannia præbuerat dum prælium fugitans ociose asserit in armis mediis. Ex quo Cice. materia ioci & causili.

Philotheorus

Vbertini Clerici Crescentinatis in epistolis Ciceronis Commentum.



QVis uoluminis epistolas:& si omnes communi appellatione Cicero. dicuntur:cōstat tamen ex earum inscriptionibus a multis uariisq; eius sæculi doctissimis uiris diuersis etiam temporibus scriptas tanta dicendi elegantia & gratia ut si non ex eadem officina:ab optimo tamen artifice exisse quæque uideātur tanta fuit illius sæculi non modo in rei militaris laudibus:uerum etiam omnium bonarum disciplinarum præcipueq; rhetoricæ facultatis cognitione & exercitatiōe fœlicitas & gloria:quæ tamen ne nostro quidem sæculo cessit:si nosipsi nobis deesse nolimus:& nostræ negligentiæ culpam in ipsa tempora in quibus tamen sine dubio plurimum momenti esse non negauerim. totā trāsferre designamus & ingeniorum nostrorum bonitate utamur. Quamobrem pueros adolescentesque omnes non solum exhortor:uerum etiam obsecro:ut eloquentiæ studiis: quæ maximam gloriam hominibus affert:totis uiribus incumbant atque adeo ex his familiaribus epistolis initia sumant:has die noctuque legant. has ediscant:has imitentur in his se exerceant:his se oblectent. deinde alios Cice. non minus eruditos quam elegantes libros euoluant & tamen alios quoque Romanæ linguæ probatos auctores:ita tamen & legant:ut hunc unum sibi uel uexilliferum:uel potius ducem cōstituāt quem sequantur:neque enim sine causa a Quinti dictum est eum posse scire se plurimum profecisse: cui Cicero. placebit. Ego ita hoc opus declarare studebo:ut mea ope & interpretatione fretus nemo iam aggrediendum dubite. Vt igitur clarius harum ad lentulum epistolarum argumentum pateat:ex Strabonis auctoritate Ptolomeorū series breuiter primum narranda uidetur. Deinde Appiani & Plutarchi & reliquorum:qui de his rebus scripserūt. auctoritate Ci. mentem ita declarare studebimus:ut industria nostra multis prosit: Sic igitur inquit Strabo libro. xvii. in descriptione ægypti. Ptolomæus. Lagi filius Alexandro successit Ptolomæo aūt philadelpho euergetes. Postea Philophater Agoto. dis:postea Epiphanes:postea Philomater filio imperiū a pr̄e accipiēte:huic uero frater successit secūdus Euergetes noīatus. hūc Phisconē dn̄t:cui Ptolomæus cognomēto lathurus successit lathuro aūt ætate nr̄a auletes Cleopatræ:sed oēs post tertiū Ptolomæū male uixerūt delitiis corrupti. Pessime uero oīum. iiii. vii. & ultimus Auletes:q præter cætera flagitia ēt chorauliam exercuit:& adeo in ea gloriabatur:ut nō cunctaretur certamine in regia celebrare:ad quæ & ipse cum aliis cōcertaturus prodibat:atq; hic est:quem Alexandrini exegerunt:& cum ei tres filiæ essent unam natu grandiorē q̄ legitima erat reginā fecerunt:& q̄ eius filiæ infantes adhuc atq; inutiles regno exciderunt Reginæ uiri ex Syria accersiti pre-

Ptolomæi

Giblosactes Archelaus Dion achademicus

sertim gibiosactes quidam: qui se ex Syriacorum stirpe simulabat quem diebus paucis Regina eiecit eius ignobilitatem & liberalitatem non passa: pro quo Archelaus qui se mithridatis filiũ simulabat: uenit: qui archelai quidẽ filius erat eius qui contra Syllam bellum gesit: & postea a Romanis in maximo honore habitus est. Interea Auletem Romam profectum Pom. suscepit. & senatui commendat: de reductione eius ait: & de nece legatorum: qui supra centum contra regem uenerant: in qbus fuit Dion academicus princeps legationis. Ptolomæus itaq; ab. A. Gabinio reductus archelaũ & filiã interemit: hæc Strabo cum quo & Appianus & Plutarchus cõsentiunt: &. T. Liui. libro cẽtesimoptimo: & hic fuit pater eius: per quem Põpeius est interemptus. Verum ait Plutarchus in uita Catonis: Ptolomæus quem Autelem appellauit Strabo: priusquam Romam ueniret accersitus a Catone Rhodum uenit: quo cum posteaquã locutus est consulente Catone: ne tanta fœlicitate relicta se laboribus & dispẽdiis & obseruationibus eorum qui Romæ potentes essent se subiice renquorum cupiditatem si uniuersa ægyptus in pecuniam redigatur: uix explere posset: & ornata ut domum rediret: & cum suis ciuibus pacaretur: & se ipso Catone una nauigaturum & intercessurum pollicẽte. Res tanquam ex insania quadam resipiscẽs: ueritatemq; agnoscens: & uirtutem Catonis admirans decreuit primum ita facere: ut Ca. suadebat: sed postea ab amicis in priorem spem reductus: cum Ro. eorum hortatu uenisset: statim errorem suum cognouit. damnauitq; q non diuino Catonis consilio paruisset. Alia etiam dicit Plutarchus: quæ quia nihil ad rem faciunt: omittũtur. Illud certissimum habeatur: & Strabonis loco supradicto. T. Liuii: & plutarchi in uita Catonis auctoritate hũc Ptolomæum a suis ciuibus fuisse exactum: & ob iniurias: quas patiebatur Romam uenisse. Nã quẽ Valerius Maximus dicit a fratre minore expulsum: ex lib. iii. commentarium belli Alexandrini Iulii Cæsaris colligitur fuisse huius Pro. filius. Dicit. n. in testamento patris scriptos fuisse hæredes ex duabus filiis maiorem: & ex duabus eam quæ ætatem antecedebat. Cumq; his Ptolo. se restitui curaret: idq; maxime Lentulos: qui in Ciliciam proconsulatum gerebat: facere cuperet. negociũ suũ cum ipse abesset Ciceroni mandauerat: cui pauloante ab exilio renouandum plurimum opere & studii præstiterat. & instantissime affuerat. Dabat igitur operam Cicero: ut per Lentulũ reduceretur: sicut Lentulus ante discessum suum etiã in senatu egeret. Verum rex ut erat ambitiosus per Pompeium quam per Lentulum reduci malebat: idq; corruptis nonnullis senatoribus assequi contendebat. erant tamen qui aduersarentur: tanta erat uarietas sententiarum in senatu. Quã obrem cum hæc in senatu agerentur: Cicero admonet Lentulum de rebus omnibus & præcipue de sua erga Lentulum uoluntate & animo & officio: & quam sint uariæ senatorum de hoc negocio. Alexandrino sententiæ: latenter tamen innuit Lentulo non posse fieri: ut obtineatur: cum ostendit rem corruptam esse: & non esse in his fidem: in quibus summa esse debebat quæ omnia ostendunt difficultatem & quasi impossibilitatem rei. Huic autem reductioni regiæ difficultatem afferebant Sybillina carmina: quibus monebatur populus Ro. exercitum non esse mittendum in ægyptũ: ut & Appia. scribit & Lu. lib. iiii. pharsaliæ aperte declarat his uersibus. Noxia ciuili tellus ægyptia fato. Haud equidem immerito cumanæ carmine uatis: Cautum ne nili peluxia tangeret ora Hesperius miles ripasq; æstate tumẽtes. Quid igitur de horum carminum religione sentiatur in senatu. Cic. declarat hęc epistola.

FINIS.

Iodocus Badius Ascensius: Egidio Turrario Sacerdoticum primis & literato & probo uniceq; dilecto Salutem dicit.



Ogitãti mihi anxieque disquirẽti: quanam purgatione tã longi silentii culpã diluerẽ: quãq; Tabellariorum q tot menses nos nõ uiserit pœnuriam merito excusare possem: in mentem uenit consilii cuiusdam nõ quidem recti: sed tamen per errorem arbitrantis se obsequiũ p̃stare deo. Saulis uidelicet adhuc spirantis minaiẽ & cædis in discipulos dñi. Qui ut omniũ manib⁹ protomartyrẽ christi Stephanũ lapides nefandos iaceret: seuius custos ad omniũ lapidãtium uestimenta cõsedit. Quid istius. inquies: sibe cõmentus es Badi. Nempe: ut te in hac tot epistolarum frõte nuncuparẽ eo uidelicet cõsilio: ut oẽs. Nam multos fore ɔfidimus: qui uel titulũ huius epistolis legẽt: te uerbis meis saluere iubeãt: tuisq; decentissimis morib⁹: grati doctrinæ & suauissime humãitati adsurgãt: qbus lucubratiunculas meas in totũ hoc epistolarũ opus tam libenter dicatas intelligãt. In quibus q̃q̃ possumus p̃cum dicere muneri: qd meruerimus sit tuũ tuiq; similiũ iudiciũ. De operis autẽ pręstantia & aut horis laudibus. tametsi cõsultius forsan sit tacere q̃ pauca dicere: tũ illud citauero quod Marinus Scodrẽsis in medium attulit. Qui contra Sidoniũ Apollinarem disputans: quippe qui in epistolari stilo silendũ prorsus de cicerone autumat: eũque irridet Plinium illi præferens adulescensq; nescit: inquit: quos Titianos: & Frontonianos triũõis suæ auctores: in ciceronis laudẽ: sic prorũpit. Quibus ego: inquit Petrarcha simulq; omnibus idem sentientibus una uoce respondebo: hoc solũ sicut quidẽ uerũ est: illud Senecæ: quoniã quicqd habet Romana facundia: quod insolenti græciæ aut opponat aut p̃ferat: circa ciceronem effloruit: uerũque illud Quintiliani: ubi inter multa & gloriosa preconia uiri huius dono prouidentiæ genitũ dicit. quo totas uirtutes suas eloquẽtia experiret. Et post multa quibus hoc probat. Quare inquit: non immerito ab omnibus ætatis: suæ regnare in iudiciis dictus est. Apud posteros uero id consecutus: ut cicero iam non hominis nomen sed eloquentiæ habeatur. Hunc igitur spectemus hoc propositum nobis exemplum sit. Ille se profecisse sciat: cui cicero ualde placebit. Sicut hæc inquem uera sunt: sic illud quoq; uerissimum. Quibus displicet ciceronis oratio eos uel non nosse uersm perfectamq; fecũdiam uel odisse. Atq; ut semel dicam quod uerissime sentio Marcus Tullius ut in omni eloquentiæ genere: ita in epistolari stilo sine dubio principatũ optinet. & uerborum & rerum ratione. quamuis a Seneca ciceronem carpi sciam quod in suis epistolis de familiaribus negociis multa reposuerit. Et iniuria. Namque ea dum scribebantur necessaria erant & nunc cognita sunt non indigna. Post: Ciceronem primum optinet locum omnium iudicio Plinius Cæcilius siue minor ut dicatur: mauis: quem nepotis cognomine uulgo distinguiiam coeptum immoreceptum uideo: Post quem longo: interuallo sequuntur alii quamuis pauci. Ex quibus Seneca Anneus damnatur uel Fabii & Gellii iudicio. Et diu⁹ Hieronymus laudabatur a nobis: Tulliana enim eloquentia in eius epistolis minime desyderatur. iis dumtaxat exceptis: quæ Hebraicis translationibus siue auctoritatibus refertæ. quæq; falso aut dubio titulo eidem adscriptæ sunt. Hæc ille: quæ quia grata tibi cæterisq; Ciceronis amatoribus putabam in medium adducende censui. Vale Turrarie optime & me quod facis ama. ex officina nr̃a Chalchographa. Quarto kalendas Iulias. M. D. XI.

Ciceronis ep̃lã laudes

Qui in ep̃lis excellant

Minĩe desyderat qd' nõ de est

Iodod

¶ Iodoci Badii Ascensii in epistolarum compositionem compendium isagogicũ breuitate & facilitate praeditum.

De epistola & litteris. Titulus primus.



Pistola literae sunt missiles aut mitti idoneae quibus aut absentes facimus certiores si quid est quod eos scire aut nostra aut ipsorum intersit: aut res graues de philosophia deq; repu. tradimus aut iubemus: aut familiares & iocosas significamus.

¶ Vnde tria sunt epistolarũ genera de quibus titulo tertio. Dicta quidẽ est epistola ab epistello uerbo graeco quod est mitto: unde missiles dixi literas esse. Sane more graeco fit diminutiuum epistolium quo Catullus utitur. Dicuntur autem literae non tam: ut inquit Scodrensis, a literarum multitudine: q̃ a lituris quae in epistolis fiunt ꝙ nõ ea cura mittunt ad amicos & familiares qua caetera q̃ nõ ad familiares pferuntur. Quãuis & p disciplinis & scriptis oibus usurpent. At literã dici quasi legiterã: eo ꝙ legẽti iter pbeat uel ꝙ in legẽdo iteretur: uel a lituris ꝙ scripta deleri possit. quoniã plerisq; in ceratis tabulis antiqui scribere delereq; solebãt: uel ab eo quod atramẽto liniatur: uel a linea: q̃ γραμμὴ graece dicitur: qđ ex linea constet. Seruius: Priscianus: Grammatici omnes docent.

De epistolae & literarum consimiliumque quantũ ad elegantiam cum numeralibus discrimine. Ti. ii.

¶ Epistola & quaecunque alia singularem habentia citra'distributionem posita distributiua refugiunt quae literae & caetera in quouis significatu singulari carentia etiam admittunt: sub distributione autem oia indifferẽter distributiua efflagitãt: sed ad tantũ pluralia'nõ fiet singulariter relatio.

¶ Huius dicti quatuor sunt membra. Primum ꝙ singularem habentia distributiua refugiunt nisi distributiõem admittant. Secũdum quod singulari carentia saltem in qua significatione a nobis accipiuntur citra distributionem cũ distributiuis poni possunt: unde pro duabus epistolis recte binas literas dixeris. Tertium est quod omnia distributiue posita siue singulari carent: siue non cum distributiuis rite ponuntur: ut dedi pueris meis binas epistolas. i. singulis duas. Quartũ est quod ad tantũ pluralia nõ fiant relationes singulares quod te grãmatica docuit puer: unde si dixeris dedi ad te binas literas. addes quarũ unis aut alteris respondisti: nõ uni aut alteri. Cõtra si duas dedi pueris meis epistolas: addam quarũ alteri: si tamen binis: binas dederis & binis respõsum fit. dices: quarũ alteris. Similiter si propter adiunctũ singulari careat: ut in Buco. Aurea mala decem misi: cras altera mittam uidelicet decem.

Tria esse apud Ciceronem epistolarum genera. Ti. iii.

¶ Epistolarum genera secundum Ciceronem tria sunt. Vnum quo facimus certiores absentes si quid eum quod eos scire aut nostra aut ipsorum intersit. Alterum seuerum & graue: ut de repub. & de philosophia, Tertium familiare & iocosum. Ad haec autem caetera reduci possunt omnia.

De his uide Ciceronem lib. ii. epistola. iii. ad Curionem.

¶ In primo genere sunt plurimae apud Ciceronem & Plinium aliosq; epistolae quas scripserunt: quia praesentes conuenire nõ poterãt ob id. n. inuentae sunt epistolae. In secundo sunt diui pauli. senecae. diui Hieronymi. diui Augustini multorũq; grauiũ uirorũ literae: quas scripserũt aut quia ne tũc quidem aut quia nõ semper conuenire poterant quos docere uolebant. In tertio sunt nonnulle apud Ciceronem. plures apud philelphum Pogium & alios qui res familiares aut iocosas scripserunt.

De epistolari officio ex Scodrensi. Ti. iiii.

¶ Hieronymus ad Marcellam scribens Epistolare (inquit) officium, est de re familiari aut de quotidiana conuersatiõe aliquid scribere. & quodãmodo absentes inter se psentes fieri: mutuoque aut quid uelint aut quid gestum sit nunciate: licet interdum confabulationis tale conuiuium doctrinae quoque sale condiatur. Tullius ad Quintum Fratrem Lib. I. Illud: quod est epistolae proprium ut is ad quem scribitur de iis rebus quas ignorat certior fiat praetermittendum esse non puto. Et ad figulũ Quaerenti mihi &c. uide lib. iiii. epistolam. xiii.

De epistolarum partibus. Ti. V.

¶ Epistolarum autem familiarium partes quinque poni solent: Salutatio. Exordiũ seu principiũ Narratio. Petitio. Cõsilio. In grauibus quidem omnes orationes partes locum habere possunt: nõ tamen omnes necessariae sunt. In familiaribus autem insani fit capitis adhibere diligentiam ut omnes partes insint cum praeter salutationem quae tamen omitti subinde potest: & praeter rei quã mouendo: commendando: recitando: postulando: conquerendo: gratulando: ridendo: iocando. fabulando. aut aliud faciendo significare uolumus narrationem. & praeter quamlibet conclusionem: neque insinuatione opus sit ullum. Vnde: ut inquit Scodrensis Narratio tenet totum fere corpus epistolae: requirit tamen interdum orationis partes: diuisionem: confirmationem: confutationem: uti & exordium & conclusionem: sed has frequentius: illas rarius.

¶ Cicero enim in familiaribus raro aut nunq̃ exordiis utitur. Orationis autem partes a Sulpitio in opusculo de epistolis explicantur: & late. habentur in primo ad Herennium libro.

De salutatione & speciebus eius. Ti. Vi.

❡Salutatio est qua animus scribentis in eum ad quem scribit significatur prima conuentio. Eius autem species sunt tres. subaudita: breuis: & plena.

❡Subaudita est quoties properanter scribentes animos nostro solo epitheto. hoc est adiectiuo beneuolētiæ aut maleuolentiæ significamus hoc pacto. Suauissime fili. Nate dulcissime. Parens optatissime. Pater desyderatissime: aut in primis colende. Honorande obseruande. Frater optime aut charissime. Mater præstātissima. Probe adulescēs Iuuenis studiose. Amicorum integerrime aut intime Vicine bone. Compater dilecte. & similibus. Ad quas addamus. Velim scias aut opus est mihi hac uel illa re. Hac cœna nos cōuenito &c. Breuis est qua suppressio nominatiuo nomine eum ad quē scribimus saluare iubemus: hoc modo Salue dulcissimum decus meum. Aue uirorum clarissime. Saluus sis fili indulgētissime Saluere te gaudeo fili charissime. Saluum te esse uolupe est. Bene tibi: sit. Bene tibi esse uolumus. Optamus salutem. Præmissa salute: aut salutē: sine alterius accessione Plena salutatio est quæ ultra salutandi partes & super scriptionis & subscriptionis fungitur munere. ut Iodocus Badius Ascensius Christiano stichilo filiolo suo charissimo salutem dicit. Aliis autem salutem aliis fœlicitatem: aliis sanctam uitam dicere licet. Poteris autem uerbum subiicere. Nam satis erit dum dices. Ascensius stichilo suo salutem. Neque uero dices. Salutes plurimas: aut quot maris sunt harenæ: aut salutes nam salus plurali caret. præcipiūt autem quidam magis audiendi nomen scribentis antequam eius ad quem scribit ponendum esse: etiam si minimus quisque ad maximum scribat: idque Ciceronis auctoritate firmatum uolunt qui nomen suum semper præposuisse comparitur. uerumtamen cum consularis fuerit uir: difficile superiorem inueneris. Quo circa non damnem eorum modestiam qui principium uirorum nomina præponunt unde est illud Sulpitii Verulani ut in hac arte peritissimi. Clarissimo uiro Falconi Simbaldo Patricio Romano: protonotario apostolico: apostolicique fisci custodi. Ioannes Sulpitius Verulanus salutem contra qui scribentis nomen præponendum censent non ut utilibus tutantur nominibus. Nam & Terentia. M. Tullio Ciceroni salutem dicit præposito suo utpote scribentis nomine. Et Anacharsis Scythæ philosophi ad Ammonem regem: epistolam sic incipit Anacharsis Ammoni salutem Alexandri quoque ad matrem extat epistola quam. A. Gellius lib. xii. cap. iiii. recitat sic inchoata. Alexander Iouis Ammonis filius Olympiadi matri salutem Scodreñ. autem superstitiose quosdam contendere dicit: & nimis: illorum nomen ad quos literæ scribuntur nunquam nomini scribentis præponendum. Idem inquit. Alexandrum magnum salutem nemini in epistolis dixisse nihil Phocioni & Antipatro scribit plutarch⁹. Qui etiam auctor est Cæsarem primum mutua amicorum per epistolas colloquia excogitasse cum ob negociorum multitudinem & urbis magnitudinem uiuos urgentium causarum adfatus haud tempus expectaret. Hæc ille. E quibus non putes ante Cæsarem neminem familiares epistolas missitasse. Hanc autem plenam salutationem non opus est præmittere nisi in literis apertis: & quales sunt quæ scribuntur & imprimuntur continue aut in facie librorum. quando uero talis salutatio plena premittitur non est necesse in fine nomen scribentis repetere nisi aut modestie aut sui commendandi gratia. Tūc enim dicere licet sic. Idem tibi deditissimus alumnus. Aut tui obseruantissimus seu amantissimus diēs. discipulus. famulus: prout in Sulpitio uidere licet. Sed has salutationis partes altius prosequamur.

De superscriptione. Ti. vii.

❡Superscriptio est exterior super epistolam scriptio, nomen. merita, locumque eius ad quem scribimus continens.

❡Sunt autem qui nomen proprium ante officii aut dignitatis præconia ponendum censeant: quod in subscriptionibus quidem modestiæ gratia obseruamus. Ut Sixtus dei gratia seruus seruorum dei. Ludouicus prouidentia diuina francorum rex & cætera. Sed in superscriptionibus si officia & merita præpollent præponenda censeam: ut inuictissimo atque christianissimo francorum regi Ludouico duodecimo & cætera. Tam uero proprium nomen quam eius epitheta in dādi casu ponere solemus: quia subaudimus: aut dentur literæ: aut salutem dicit. Liceat tamen dicere. Ad magnificum equitem auratum & cętera. Locus autē uel in accusatiuo ponetur sine præpositione si est proprium loci minoris simplicis figuræ aut cum præpositione si aliud. Vel in genitiuo seu ablatiuo expresso aut facile intellecto uerbo aut participio quietis & motus in loco. unde sic scribere licet. Romam ad ædem diui petri Lugdunum ad diuum Ioannem Baptistā. Aut sic. Studioso adulescenti parrhisiis bonis literis insudanti. Probo negociatori Brugis aganti Gandaui residenti & cætera. præconia aūt pro dignitate iusta esse conficere: neque fas est uno gradu præditos: si differentibus sunt meritis eodē modo adfari. Nam licet ad quos scribimus omnes sint bonarum artium professores: alios tamen doctos: alios cum primis uel in primis uel inter primos doctos & eruditos: alios longæ doctissimos: aut facile: doctissimos: aut summa doctrina perditos nuncupabimus. Vitandæ autem sunt nimium fucatæ aut calamistratæ compellationes quæ adulationem oleant: de quibus uidebis Sulpitiana exempla. Epitheta autem quæ: idem confusæ ponit sic sua quisque accommodabis.

Summa pontifici ad scribenda epitheta.

❡Sanctissimo diui petri successori. Summo Romanorum pontifici Reuerentia omnique obseruatione dignissimo papæ antistitique Romanorum maximo. Sanctissimo Christi in terris uicario. Summo uigilantissimoque Cristiani gregis pastori & cætera.

Imperatoribus apta.

❡Diuo atque inuictissimo Romanorum imperatori. Fœlicissimo totius orbis moderatori. Faustissimo rerum potitori. Incomparabili orbis monarchæ Diuo Cæsari: semperque Augusto togatorum principi Inclytissimo: totius orbis triumphatori & cætera.

Cardinalibus apponenda.

❡In primis reuerendo cardinalique præsbytero. Sanctissimo archipresuli ac firmissimo Romani pontificatus cardini. Summa obseruatione dignissimo Romanorum pontificatus cardinali. Multa reuerentia digno Romani pontificis adsistori cardineo.

Regi addicenda.

¶ Inuictissimo Romanorum regi. Magnanimo triumphatori & Christianissimo Francorū regi. Clæmentissimo Hispanorum rectori. sceptriferoq; principi ac regi. Excellentissimo summaq; uirtute prædito Anglorum regi & cætera.

Archiepiscopo conuenientia.

¶ In primis sancto patri & primatus Lugdunens. archipræsuli. Reuerendo admodum in Christo antistiti: & uenerandorum tornatorumue præsuli. Sanctissimo præsuli & indyto Leodiorum episcopo. Vigilantissime gregi superintendenti Cameracensium episcopo.

Archiduchi duciq; congrua.

¶ Clarissimo atq; inuictissimo archiduci. Indytissimo bellatori & iuictissimo suorum ductori. Generosissimo atq; eidē splendidissimo duci. In primis strēnuo atq; præter cæteros fortunato horum aut illorum duci &c.

Abbati & cæteris prelatis applicanda.

¶ Reuerendo patri. Obseruando eī primis archipræsbytero. Religiosissimo uiro ecclesiæ. N. archidiacono. Vigilantissimo gregis dominici pastori. Magno ecclesiæ. N. curato. Eximio conuentus carmelitarum præsidi. Obseruantissimo diuinæ legis inter minores patri disertissimo fratrum predicatorum concionatori &c.

Comitibus equitibusq; auratis debita.

¶ Fidelissimo imperatoriæ ale statis comiti Indytissimo Flandrini comitatus principi. In primis strennuo bellatori equitiq; aurato Aureo cingulo insignito summaq; uirtute prædito nec minus fælici in bellis gerēdis equiti. Alto loco nato claritiq; natalibus perspicuo equiti &c. Forti admodum equiti &c. in primis strennuo.

Religiosis & doctoribus quadrantia.

¶ Venerabili patri. Viro religioso admodum & in primis colendo multa sāctitate perspicuo. Summa castimonia claro. Excellenti abstinentia ornato. Summa religione prædito. Viro disertissimo Doctorū antistiti. Eloquii Romanoq; principi. Iure consultissimo Medico peritissimo. ¶ Apollineæ artis expertissimo. Diuinarum literarum interpreti perfectissimo. Diuinæ paginæ professori eximio. Doctissimo bonarum artium doctori &c.

Iudici & prefectis urbium accommodanda.

¶ Incorruptissimo iuris administratori. Sanctissimo legum executori. Integerrimo legum interpreti. Vigilantissimo urbis præfecto. Diligenti admodum ciuitatis moderatori. Optimo morum censori. Iustissimo ædili Equissimo iudici. Inuiolabili iustitiæ præsidi. Fori totius splendori &c.

Ciuibus & negociatoribus cæterisq; bonis idonea.

¶ Splendido ciui. Prudentissimo uiro. Optimo ciui. Laudato admodum negociatori. Mercuriali uiro probissimo Negociatorum optimo. Diligenti operatio. Solerti opifici. Probo mercatori: studioso scholastico. Ingenuo adulescenti spectatæ indolis puero & cætera.

De subscriptione. Ti. viii.

¶ Subscriptio autem est modesta notificatio scribentis cum loci temporis ac meritorum eius specificatione post uale sub calce epistolæ posita.

¶ Quatuor igitur ad eam pertinent. loci unde epistola mittitur descriptio: tpis quo scripta est notificatio quæ duo continuo post uale scribi solent item scribentis & eius meritorum modesta declaratio: q̄ si humilis est scribens. in postrema parte poni solet: neq; uero ut dixi si plena sit salutatio præmissa: necesse erit iterū scribentis nomen ac merita reponere. Quin etiam negociatores temporis & loci in fronte meminisse solent. Locus autem iuxta regentis exigentiam nunc in genitiuo nunc in ablatiuo: nunc sine præpositione: nunc cum præpositione ponetur: ut ex officina: nostra literaria Parrhisiis: Ex Parrhisiorum Luteria. Datum Romæ. Scriptum Lugduni. Sed honestius talia subauditur. ut Varia Lugduni. Kalēdis martii &c. Aut Lugduno &c. Cicero enim frequenter utitur ablatiuis pro aduerbiis de loco positus. Tempus autem in ablatiuo sine præpositione ponemus: aut cum præpositione in eo casu quem ipsa efflagitat: ut Lugduno anno millesimo quingentesimo septimo Kalendas Aprilis: aut ad kalendas aprilis. Cum uero dicimus pridie kalendas aut tertio kalendas perficitur sic pridie: idest die precunte aut præituro kalendas. Tertio die ante kalendas aut inter kalēdas: unde qa subauditur ante. ideo dies denominabitur a sequentibus: kalendis nonis aut idibus non præcedentibus. Et iō quia primus cuiusq; mensis dies kalendæ sunt: ideo qui ab eo denominabuntur dies erunt in mense præcedentibus ab his literis in quo idest iulio: martio: maio. & octobri sex in reliquis quatuor deinde: in omnibus idus octo. post quas sunt kalendę sequentis mensis: aut uertus dies ab eis denominandi. Nam kalendarum nonarum & iduum unum dūtaxat diem eē uolunt quem in ablatiuo ponemus dicentes chalendis nonis aut idibus augusti &c. q. dicamus chalendis ipsis. Cū uero: dicimus ad kalendas est quasi iuxta aut circiter chalendas & dies incertus: sed pridie chalendas est dies præcedens ppter ea autem quod ablatiuum dic includunt licet dicere pridie uel postridie kalendarum: nec est postridie idem quod eras sed posteriori die: unde de preterito dici pōt. Postridie quā pater defunctus erat epulū dedi: & de futuro: postridie quā uxor morietur uisceratoinem dabo & cætera. Item tertio kalendas est præcipue is qui tertius est: computando chalendas pro uno & pridie kalendarum pro altero. Sed ad tertium Kalendas uolunt intelligi eum qui ad. idest iuxta est siue tertius siue quartus: & ita in reliquis.

De forma & stilo epistolarum. Ti. IX.

¶ Texendæ familiares epistolæ uerbis tritis & quotidianis latinis tamen & nō fastidiosis stilo nō multum elaborato: sed solerti quadam negligentia fulto.

¶ Nam ut Cicero meminit in libro de perfecto oratore: quædam negligentia diligens est: itaq; danda est opera: ut si fieri potest in epistolarum contextu nulla pelluceat iunctura dummodo uitetur plæbei sermonis nimia uulgaritas.

Sermo itaq; erit purus: latinus & ad intelligendum facilis.

¶ Vnde. A. Gellius li.xiii.c.viii. diui Augusti epistolas elegantia sermonis neq; morosa neq; anxia. sed facili & simplici laudat. Plinius quoq; iunior ad Tusculanum ait. ¶ Et pressus sermo purusq; ex epistolis petitur. Seneca item ad Lucilium epistola.xl. inquit Minus tibi accuratas a me epistolas mitti frustra quæris. ¶ Quis enim accurate loquitur: nisi q uult putide loqui. ¶ Qualis sermo meus esset si una sederemus aut ambularemus illaboratus & facilis tales uolo esse epistolas meas qui nihil habent exercitum nec fictum: sed si fieri posset offendere q̃ loqui mallem. ¶ Non me Hercule ieiuna esse & aridua uolo quæ de rebus tam magnis dicentur. ¶ Neq; enim philosophus ingenio renunciat. Multum tamen operæ impendi uerbis non oportet. ¶ Epistola etiam.xy. inquit. ¶ Sed ne epistolæ modum excedam: qui non debet sinistrã manũ legẽtis implere: in alium diem hãc litem cum dialecticis differam hæc illæ: qui sinistram manum legentis impleri significat cum longior fuerit epistola: tunc enim & dextera & sinistra teneri necesse est.

¶ Verba epistolarum non tam erunt uetusta ut obsoleta & desita sint, nec tam recẽtia ut ignota: nec tam exculta ut morositatem præ se ferant, nec tamen ita neglecta ut fastidiant.

¶ Apud pathum plene uidebis aut uetuste loquendũ sit. ¶ Et apud Sulpitium disce. ¶ Ex obscuris & exoletis q̃ oĩo uitanda sunt: famam eruditionis non adfectandam esse. ¶ Sunt enim qui se multa uidisse glorientur: & ex eo laudẽ captent: si nimis prisca uerba in sermonem quotidianum reduxerit.

De prouidentia in componenda habenda. Ti.X.

¶ Quicquid dicturus aut compositurus es totum mentis oculis priusquam inceperis, præuidebis & excogitabis. Excogitatum suo ordine dispones, & dispositum decenter exornabis.

¶ Sũt.n. tres obseruãdæ pulchritudines. Ingeniosa excogitatio siue inuẽtio. Venusta dispõ atq; economia. Et decẽs uerborũ sniarũq; exornatio. In prima aũt pulchritudine cõsyderãdæ sunt sex orationis partes: Principiũ siue exordiũ: narratio: diuisio: cõfirmatio: cõfutatio & cõclusio. de q̃bus in rhetoricis Ciceronis uiuendum: prætera.

¶ Orationis membra quinq; inuentio, dispositio, elocutio, memoria, & pronũciatio.

Oportet. n. ut q̃s res dicere uelimus diligẽter excogitem⁹ excogitatas atq; iuẽtas ordie suo disponam⁹: dispositas eloquẽtiæ stilo mãdemus: mãdatas scripto: memoriæ cõmendemus: & demũ facunde & cũ decenti gestu pronũciemus:

De materia propria epistolis ex Seodreñ. Ti.XI.

Opus est eum qui diligenter scribere epistolas uelit simplicem & perspicuam materiam proponere, & neq; resecare neque producere supra quam oporteat, & exornare optima elocutione, non dictionibus turgidis & asperis, sed attico more loqui & modice. Perspicuitas ornet literas & gratia dictionum florida.

Omnino peritos sagittarios imitari debet: ne excedere signum nec deficere a signo.

Vtendum est & historiis: & aliquæ fabellæ adducendæ. Aliquid ex monumentis antiquorum excerpendum. Semperq; illud apollonii ad Scopelianum ante oculos ponẽdum Genera oratiõis quinq; esse: philosophicum, historicum, oratorium, epistolicum, & commentariorum: ut hæc distinctis nominibus adsignemus.

Habent autem epistolæ non tam elocutionem propriam, sed res quasdam peculiares. Vt aristoteles notauit. qui inquit.

Hoc nõ ad te scribo qm̃ epistolicum nõ est. ¶ Nam siquis in epistola sophismata: physiologiasq; quæ ab epistola aliena sunt ¶ Si quis rerum naturam mathematicumue aliquid scribebat. ¶ Is quidem scribit non utrique epistolam quæ modesta ac prudens esse debet: uenustate decorata legentibus obuia & grata: festiuitatis plæna De negocio simplici: simplicibusq; nominibus constans. simplicem habet narrationem. Prouerbia sint in ea crebra: q̃bus accepta congruaq; de qua agitur materia: ita sapienter scribi opinãtur. ¶ Quid in epistolis ut cumque uersu custodit Horatius. quod epistola sicut prouerbium quidam commune ac uulgare sit. Qui sententias scribit & adhortationes non similis uidetur narranti p epistolam: sed per consilium.

Qui decore sniarum epistolam cupit implere. nõ iam: inquit Demetrius: loquentis similitudinem gerit sed struentis aliquid. Et Dionysius sententias non pertinere ad epistolas clamat. Quare Senecam olim insectati sunt nec hodie incessere desinunt eruditorum plurimi q disputationes pro epistolis scripserit.

Aristoteles & demõstrationibus quæ propriæ sunt epistolarum utitur: ut cũ nititur ostendere quod æque magnis ciuitatibus & paruis benefaciẽdum sit. Dii inquit i utrisq; æquales sunt ergo benefacere oportet cum gratiæ deæ in his æquales tibi sint.

Epistolæ quæ plerunq; ad ciuitates & reges scribũtur paululum elatæ sint, & aliquanto compotiores ac grauiores. Consyderanda enim persona cui scribitur, quæ profecto elata est.

De epistolarum magnitudine ex eodem. Ti. XII.

Scribentes epistolã meminerimus nos epistolã scribere ne sit uolumen loco epistolæ.

Quẽadmodum Aristotelis ad Alexandrum & ad Dionis familiares epistolæ Platonis. Nam Ciceronis epistolæ breues immo breuissimæ sunt præter paucas: quæ: ut dicam quod sentio: sentio autem quod de eius orationibus sensit Cæcili⁹: optimæ sunt: utq; aliæ bonæ res & bonus liber quoq; meliores quo maiores pro materiæ ratione. Idem Auctor Cornelio Minitiano hũc in modum scribit. Quid enim mihi cum tam longa epistola? Nolite ego itemtidem quærere. quid Romæ geratur: & tamen mementote nõ esse epistolã: longã q̃ tot dies: tot cognitiones: tot denique reos causasq; complexa est. Quibus uerbis innuit epistolas longas fieri posse de multis magisque rebus: quæ tamen longæ cum tot & tanta contineant non sint censendæ. Hæc illæ: qui post multa diui Hieronymi de breuitate epistolarum testimonia: adfert illud

diui Augustini

dini Augustini ad Hieronymum, quod iane scripseram nullum me librum aduersus te Romam misisse ideo scripseram: quia & libri nomen ab ipsa epistola discernebam.

Non tamen est nimia breuitas amanda: licet in ea nimis delectatus sit Libanius & Lucianus in epistolis suis: quarum phalaris auctor uulgo creditur. Et pro materia ratione dilatanda est oratio.

De stilo epistolari ex Scodrensis. Titu.xiii.

Demetrii Phalarei sententia est. In tenui humiliq; dicendi genere epistolam uersari. Cuius dicendi modus & stilus gracilis esse debet. Et infra.

Et pressus sermo purusq; ex epistolis petitur. Stilus quoq; pro personarum ratione efferendus aut depremendus est: & cum oportuerit inter utrunq; temperandus. Et quamuis aliqui negligentiam pro cultu in epistolis adserent: tamen cum pro munere mittantur diligentia magis probāda: ut Plinio placuit: Vtq; Dionysius iubet: concinnitas adhibenda quæ ab arte amouetur. Demum cum epistola ambitione carere debeat: nec scribentis indolē ostentare non sp agere adfectat qm̄ non est dialogus: tametsi apud Ciceronem & alios interdum agat ea: puto: ratione quod dialogo sit adfinis: Cicero ad Paetum in ea epistola quæ incipit Ain tandē. Qualis debeat esse epistola paucis explicat sic inquiens. Veruntamen quid ego tibi in epistolis esse uideor? Nonne plebeio sermone agitur tecum? Nec enim semper eodem modo. Quid enim simile habet epistola: aut iudicio aut concioni? Quin ipsa iudicia non solemus tractare uno modo. Priuatas causas & eas tenues agimus subtilius: capitis aut famæ scilicet ornatius: Epistolas uero quotidianis uerbis texere solemus. &c.

Idem ad atticum lib. litris eius Epistolas se accepisse scribit. Quæ inquit fuerunt omnes rhetorum pure loquunt cū humanitatis sparso sale: tum insignes amoris notis.

Sunt tamē sicut in oratione oratoria tria stili genera in epistola: sed longe oratoriis inferiora. In sinus quidem oratoris stilus epistolari muneri summus est. Nec omne genus epistolarum unum & eundem stilum habere: ut quidam arbitrantur. Igitur gracili stilo proximus est stilus uiriosus qui aridus appellatur. Fit in tribus rebus. In sententiis: ut qui de Xerxe inquit. Descendit Xerxes cum omnibus suis. Debuit enim dicere cum tota Asia. nam cum dixerit cum oibus suis ualde rem diminuit. in dictione: cum res magnæ nominibus paruis enunciantur: ut ille qui de Phalaridi Tyranno dixit. Quæ enim phalaris perturbauit agrigentinis: non iis dictionibus expressit tyrāni crudelitatē: quæ magnis nominibus explicanda erat. In compositione quando incisa densa sunt ut in Aphorismis. Vita breuis. Ars longa: tempus acutum experientia dubia.

¶ Demum stilus epistolæ gracilis est iūctus cum gratioso Si Demetrio & Dionysio credimus. Qui opinati sunt duplici genere dicendi miscēdam epistolam gratioso & tenui. Gratiosus etiam in pluribus locis inuenitur. In rebus: ex prouerbio: ex fabula: ex similitudine & hyperbole. In dictiōibus cum nominibus pulchris aliquid exprimitur: ut γῆ πολυστέφανος: terra multum coronata. Fit etiam ridiculum: quod profertur nominibus uilibus & uulgaribus: quod destruitur ornatu elocutionis. Nā qui ridicula graphice describit: similis ē cuipiam simiam ornāti. Hæc ex Marino Becichemo Scodrensi. Qui Ciceronis epistolas iustis laudibus extollit: & a Sidonii eleuatione defendit: ut in epistola nostra tetigimus.

De ordine & cōstructu uocabulorum. Titu.xiiii.

De construendis collocandisq; uocabulis tametsi lex certa dari nequitur: plurimum tamen orator & grammaticus utuntur contrariis uijs: præterquam i dictionibus uim exordiendi habentibus: quas uterq; in frōte locabit.

Nam orator uocatiuum passim ubi concinnum uidetur collocat grammaticus in principio dumtaxat.

Orator determinans sæpe præponit determinabili: ut obliquū rectori uerbū infinitiuum finito. aduerbium uerbo adiectiuum substātiuo. Idq; frequēter aliquo iterposito: ut multa uiri uirt⁹: degeneres animos timor arguit. Amare te nō desinā. Multas ad res summæ cōduci uirt⁹. Grāmaticus q̄ pxie pōt determinās pone determinabile locat.

Orator sæpe relatiuum antecedenti præponit: & utrūq; eidē rectori tribuit: ut quas credis esse has nō sunt ueræ nuptiæ. Grammaticus contra antecedens præponit nec ab eodem nisi bis posito regi patitur.

Orator negationem includentiā præsertim signa uniuersalia in finē reducit: grāmaticus in principiū: sic tamē ut resolutione facta obliquum postponat ut qui te plus amet habes neminē. Non habes quēquā qui te plus amet &c.

Orator quæsitiua etiam fini dat: ut partes orationis quot sunt: grammaticus principio.

Orator multa in subauditione relinquit: ut uerba generalia sum facio gero & ad loquellā spectātia. Aut uerba ipsa sine suppositis collocat Grammaticus nihil omittit quod ad integritatem sermonis aut sententiæ pertineat: ideoq; omnia subintellecta reponit.

De particulis non commutandis. Titu.xy.



Vnt autem nonnullæ Particulæ quæ nisi propriis locis ponátur fœdant orationé. Quaræ hæ semper sunt pponédæ. At in oratione. ast in carmine sequente uocali, sed ac item quæ etiá in medio locantur nec:neq;,uel aut cæterum:enimuero: ue;æ si:sin:quatinus:seu:sine:ni:nisi. Ex his autem nullam in maioribus principiis non aliunde dependentibus collocabis prætereat in indignatione:aut,uel: seu:sine,& ni. Postponunt,q;,ne,ne,quidem,quoq;,autem,uero,enim. Et amat apponi post primá dictioné clausulæ dependétis. Præsertim auté,enim: & uero. Quæ alibi nisi post secúdá nó collocant,ut cæteræ,q; & quoq; post illá dictioné quá cóiunctio & pcederet locari nolút. Et enim potest præponi,uult autem in medio poni. Ve & ne post eam quá an & uel: pcederent subiici amant. Cæteræ autem cóiúctiones fere omnes præponi supponiq; possunt. Sed ex his apte sunt primis initiis. Quoniam, cum quis & si,q̃q̃ licet quia q;:ut.si. In minorú initiorum ad aliud dependentium fronte. Quocirca quapropter:quamobrem & quare constituemus. Ergo & igitur. in breuioribus conclusionibus. Itaq; plurimum in maioribus.

¶ Quin & non præponuntur. Vtiq; postponitur. Sin nunquam dicitur nisi præcesserit si: aut fuerit subintellectum. Ita pro ualde postponitur.

Quia non ponitur ante sed. Nec dicas concinne. Non uero sed non auté. Nec neq; autem sed neq; uero. Nec age autem sed age uero. Nec sane autem, sed sane uero.

Nec iam autem:enim autem:at autem. Sed iam uero, enim uero:tum uero:at uero. Post non & nec enim apponens:ut non enim,nec enim:uel neq; enim, non tamen dices, ne enim, aut ne uero.

¶ Neq; non ponitur ante nam,nec equidem ante atq;, dicimus enim nam neq; atq; equidem. Tú & geminamus quando partes sunt æquales. Sed quando sunt inæquales præponimus cú, cum minore:& postponimus:cum cum maiore.

¶ Versus fere semper postponitur. Tenus frequenter,inter,propter:circa,contra, & similes non raro. Reliquæ præponi gaudent, sed monosyllabæ post adiectiuum & ante substátiuum idest inter utrunq; poni solent.

De uenusta uocum maritatione. Titu.xiii.

Non solum quo ordine: sed etiam qui cum quælibet dictio locanda sit summæ attendendum est. Omnis enim uult poni cum positiuo aut comparatiuo nunq̃ cum superlatiuo.

Contra quisq; cum superlatiuo:aut uim eius habente. Cum superlatiuo autem non ponimus uim superlatiuam habentia sed cum positiuo, ut sunt in primis, apprime, per perq̃, sane saneq̃, oppido oppidoq̃. Ponemus tamen cum eo longe facile,nimirum & quam pro ualde, quantum:quantum: modicum:paruum:nihil & nihilum, satis:tantundem positiuis congruunt longe, facile, táto, quanto & similia in o comparatiuis & superlatiuis.

Dicemus ergo omnes bói uidi:optimi quiq; milites:tamé apud Ciceronem leges omnes fumeni uiri:sed id peride est ac si dicas:omnes optimates:: & aliquem dixeris quam optumú:non addes genitiuú quale sit quam optimú omniú.

De uenusta iunctura. Titu.xiiii.

¶ Iuncturæ quoq; quæ est apta uocabulorum structura & collocatio sine offensione accurate studédum est. In qua litterarum syllabarumq; lenitatem asperitatem attendimus.

¶ Virandus itaq; est eiusdem literæ syllabæ:aut dictionis frequens cócursus literæ s cumsibilus, Cacocephaton idest malum & turpem sonum aspernabitur.

Similiter cadentia uel desinentia uel declinata pueriliter non adfectabimus.

¶ Cauendú præterea est ne decrescat oratio,& fortiori subiungant infirmius:ut sacrilego fur. Ná augeri & insurgere sententiæ debent.

Et iuxta ordinem naturæ & urbani sermonis obseruationem prius uiros quam fœminas: deos quá homines,alios quam nos,genera quam species,communia quam propria pones.

Cauebis ne ordo pariat ambiguitatem neue prolixitas fastidium: aut breuitas obscuritatem. Item ne longa sit uerborum continuatio quam uno spiritu enuntiare nequeas. Cauebis ad hoc ne ordine permutato quid fiat superuacaneum. Siquidem ut recte dixeris fratres geminos & & mulierem

Ancillam

ancillam : ita supernacue geminos fratres & ancillam mulierem. Si enim gemini & fratres sunt si ancilla etiam & mulier est.

Caeterum si quo ordine res gestae erunt narrabuntur multum iuuabunt intellectum.

Quin a deo in methaphoris rerum gerendarum ordinem conspiciam.

Sicut in illo Quintiliani duxit me similis aetas: uicerũt officia: coepit fides: amãtem odisse nõ potui. Vbi cõsuetudinis seruat ordo. Nam q per cõsuetudinem amicitiam ineunt: primo loco ducuntur ut liberi & nullo officio adstricti aut uinculo capti: deinde ubi officia accedũt uincunt ut etiam si nolit amici uideri debeãt: at ubi perspecta fides est: capiunt: ac capti amãtem odisse nõ possunt: quae res in similibus est nobis animaduertẽda. Nam praepostere dicas. hanc aluit: peperit: genuitq; puerpera prolem. Prius enim genuit q̃ peperit: & peperit q̃ aluit.

In rerum tamen narratione alius a poetis alius ab oratore seruabitur ordo.

Vnde de poetico ordine dicit Horatius in arte.

Ordinis haec uirtus est ac Venus: aut ego fallor.

Vt iam nunc dicat: iam nunc debentia dici:

Pleraq; differat: & praesens in tempus omittat.

Orator eni fere quo ordine res gestae sunt eas narrat poetae autẽ saepe a fine aut a medio historiae narrare incipiunt.

De elegantia sermonis obseruanda. Titu.xviii.

Elegantiae sermonis uocumq; pprietates in epistolis ad unguem obseruabuntur non minus q̃ in oratione. tametsi non tantus erit uerborum splendor nec ornatus.

Verum tamẽ poetica: ut sunt caballus: genitor: genitrix: peregrina. ut sunt gaza: sesseda: & summope re barbara: ut sunt guerra: bladum: & inepta: ut causare pro producere uel efficere confiteri pro eo quod est confessionem audire: diligentius uitabimus:

De phuco & ornatu frequenti uitando: Titu.xix.

Phucus autem frequens & ornatus nimis uitabitur in familiari praesertim epistola.

De uenustis locutionibus. Titu.xx.

Venustae locutiones dummodo rebus congruant non sunt in epistolis (ut iá dictum est) fugiendae.

De quibus in Augustinum Dathum latius diximus.

FINIS.

M. Tulii. Ciceronis Vita.



QVia ad Epistolarũ primi libri cognitiõem nõ parum cõduxerit uitae & casuum auctoris cognitio: eam cõplectar paucissimis. M. Tulius Cicero Arpinas natus: Romae quo puer perductus fuerat: tm̃ in dicẽdo pfecit, ut in causis dicẽdis primum locum consecutus sit: tantumq; ueritatis & reipu. studio potuit: ut omnis honores suo ordine optinuerit. In cõsulatu autẽ sic sese gessit: ut non minus uerae gloriae in toga meruerit q̃ alius quispiam i armis, liberauit enim urbem ab incendio: & ciuitatẽ a caede cõiuratorum Catilina duce: i quos cũ animaduertisset: & Catilina iá in proelio cecidisset: primus in toga triumphauit: primusq; parẽs patriae appellatus est: erectis eius gloriae perpetuis monimentis: quae res illi inuidiae non parum peperit: praesertim apud Caesarem. & paulopost apud Clodium uirum apprime nobilem: qui captus amore Pompeiae uxoris Caesaris in domo eius in ueste muliebri deprahensus est temerasse festa bõae maribus nõ adeunda deae: ob quã rem in ius uocatus negauit se tunc in urbe fuisse, citatus autem Cicero in eum testis adseruit Clodiũ eo die secũ Romae fuisse quod idem & alii praeclari uiri testati sunt: Clodius tamen iudicibus corruptis pecunia absolutus est Caesar autẽ uxorem repudiauit: quod diceret domũ Caesaris nõ solũ crimine: sed etiam suspitiõe criminis uacare debere: in Clodiũ ut Ciceroni incõmodet nihil grauius egit. At Clodius ultionis auiditate a patribus ad plebẽ p adoptionem transiuit. factusq; tribunus plebis Ciceroni diem dixit quod nobilissimos ciues necasset in dicta causa. Erãt autẽ tunc cõsules. L. Piso Caesaris socer, &. P Gabinius: qui prouinciarũ spe Clodii cõatibus fauebant. Quod intelligẽs Cicero cũ neq; a Pompeio neq; ab aliis amicis satis tutaret aufugit, absensq; damnatus est a Clodio: ut bõis eius publicatis q̃dringentis millibus passuum ab Italia igni & aqua illi iterdiceret. Qui uero hospitio suscepisset exul esset & sua amitteret omnia. Additũq; rogationi est ne quis de eo reducẽdo referret: disputaretue aut pedibus in sententiã iret, quae omnia populus sciuit atq; approbauit, maxima ut semper fuit animorũ mutabilitate. Clodius ita exulis uillas diripuit. & icẽdit domum in palatio a fundamentis demolitus est: & in area templum libertatis cõstituit. Fortunas omnis hastae subiecit: nec tamẽ in tota illa auctione: sector quisq̃ reptus est. Cicero in Macedoniã aufugit: ubi a Planco benigne exceptus est. Clodius autẽ ob uictoriã insolẽtior factus etiã Põpeiũ in publica concione cõtumeliis proscidit. Quaerẽs ut populus quod Põpeius is esset responderet. Quis uno digito caput scaberet. Quis uir uirũ quaereret & similia. Qua cõtumelia irritatus Põpeius: fratusq; Lẽtuli auctoritate ad quẽ proxime sunt epistolae: & qui Ciceroni amicissimus fuit: auctor fuit Tito Annio Tribunople. ut rogationẽ ad populũ ferret de Cicerone reuocando. Quae res ingẽtes turba concitauit. Clodius enim cum factione sua

tribunitie obstitit rogationi eoq; obnitente aliquádiu nihil agi potuit. Certatumq; est iterim in publico armis tribunitiaq; potestas uiolata est: multi quoq; interfecti, adeo ut Q. uintus Cicero Marci frater, iter cadauera latitans sit seruatus. Postremo Pompeius ingẽti bonorũ manu ad hoc ipsum ex tota Italia collecta Clodiũ foro expulit: auxilioq; fuit, ut populus sine aliquo maiore motu rogaretur. Nũquã maior populi Romani de aliqua re cõsensus fuisse dicitur: neq; tã magnum alias totius Italie studium, que ad hoc ipsum Romam confluxerat: ut nõ magis eleganter q̃ uere Cicero postea gloriatus sit Italiæ se humeris ab exilio reportatum Senatus charitate & beneuolentia cũ populo certauit: decreuitq; ut pupblice laudarentur ciuitates quæ Ciceronẽ humaniter accepissẽt: utq; domus & uille eius publico instaurarentũ sumptu. Redilt sextodecimo mense postquam urbe eiectus fuerat in senatuq; aliquantulum floruit: quo tpe ad Lentulũ primi libri epistolas scripsit: deinde Ciliciam post Lentulum & Appium Claudiũ pulchrum: prouinciã optinuit: unde reuersus bella ciuilia iter Cæsarem & Pompeiũ offendit orta: quæ res effecit ut triũphare nõ potuerit: diu aũt ad cõcordiã utrũq; frustra hortatus: Põpeiũ tandẽ secutus est quo uicto & occiso per Dolobellã generũ suum Cæsari reconciliatus cum in foro locus nõ esset: ad philosophiam se contulit. Tandem Cæsare occiso: cum libertatis publicæ gratia eius percussores tutaretur & in Marcũ Antonium Cæsaris uindicẽ philippicas habuisset: postq̃ Antonius Lepidus & Augustus triumuiratum iniissent: ab Antoniu aliis conniuentibus proscriptus est & in fuga deprehẽsus capite & manu qua philippieas scripserat trũcatus est, Nũc paucis argumẽtũ repetã.

Argumentum epistolarum primi Libri,



POstquam Lentulo consule & fautore: Pompeio autem referente & adiuuãte: Cicero ab exilio redierat: suauiter cum Pompeio & Lentulo Romæ uixit. Quo tempore superuenit Ptolomæus Auletes Aegypti rex ab Alexãdrinis pulsus aut ob mollem uitam: nam choraulã imprimis exercuit: aut ob nimiam pecuniæ exactionem: aut quod Cyprum ob Romanorum fauorem uindicare sibi: cum fratris prius fuisset: noliet, postulansq; ab senatu populoq; Ro, in regnum restitui. Fugit autem clam fuisaita ut mortuum putantes Beronicen filiam eius natu maximam in regnũ restituerint. Nupserat autẽ prius Cybiosatti Syro regia stirpe: ut ipsi credi uolebat: procreato, sed paucis post diebus ob sordidum ingenium regno expulso: deinde Archilao eius Archilai filio qui contra Syllã pro Mithridate pugnauit: hac ergo nouis studente rebus: Ptolomæus pater eius occulte Romam ingressus Pompeio est ab initio conciliatus: & per eum patribus cõmendatus: actumq; est de eius reductione simul & delegatorum cęde qui supra centum ab Alexandria contra ipsum missi erant: & cum his Dion Academicus. Intelligẽtes enim Alexandrini se ab rege criminatum iri: tot oratores miserunt recriminaturos eum & eius scelera detecturos: quo cognito rex iam Romæ agens multos eorum in itinere per insidias interficiẽdos curauit: quosdam etiam in urbe: alios pecunia corruptos ablegauit: effecitq; ut eorum querella minus produceret: desperans tamẽ honorificam reductionẽ se in Ephesum recepit: relicto Hammonio legato qui absentis re curaret: largitionibusq;: quos posset corrumperet: non solum ut reduceretur: uerum etiam ut per principem rei militaris Griæum Pompeum: qui dissimulauit se uelle reducere propter Lentulum consulem: qui gloriosum putans de tanto rege optime meruisse: summopere contẽdit ut ab ea petitione Pompeius: quem unice timebat: desisteret: fuitq; auctor patib9 præfecturæ maritimæ & terrestris annonæ Pompeio decernendæ: ut maiorem ille dignitatem adsecutus de reducẽdo rege omnem curam abiiceret. Interea autem finito consulatu: proconsul fit Ciliciæ: Regis autem legati: rege id petente: contenderũt: ut per Pompeium potius reduceretur: magnamq; partem senatus pecunia ad hoc induxerant: Quam quidem pecuniam mutuo acceperat sub pollicitatione usuræ ab Rabirio posthumio adhuc in Aegypto agẽs: & a quibusdam aliis Romanis: qui uidentes nisi rex restitueretur: se pecuniam creditam amisisse: grandem denuo pecuniã mutuo dedere. Argyna cum legatis institere ut reductio per Pompeium fieret: quod intelligens Lẽtulus iam in prouincia agens scripsit ad Ciceronem de quo optime meritus fuerat: quia ut dixi auctor fuerat eius restitutionis: ut contenderet reductione regis sibi decerni. Nam prouincia Cilicia in uia ad Aegyptum est. Cicero autem hac epistola Respondet se tantum pro eo laborasse ut oibus satisfecerit præter quã sibiipsi: eo quod non possit efficere quod uelit in causa eius. Dicit autem se oppugnari largitionibus legati & res agi per creditores. s. eos qui regi pecuniam crediderant. Docensq; quid super ea re in senatu actum sit: innuit cum Catone adhortante quindeciuiri ac sacerdotes quibus Sibyllinorũ librorum inspiciendorum cura erat: ad senatum denuntiassent carmen Sibyllinum quo cauebatur ne rex Aegypti cum exercitu reduceretur: ut statim dicam. Quidam e senatu censuerunt reditum regis Lentulo decernẽdum sed sine exercitu propter religionem. Alii Pompeio cum duobus lictoribus: aut eum mittendum cum totidem lictoribus ad Alexandrinos reconciliandos: quod Ptolomæo non omnino displicuit: sed senatui non satis tutum uisum Pompeium Alexandrinorum furori credere. Alii censuerunt ut tres legati regem reducerẽt: Sed studio Ciceronis effectum erat: ut senatusconsultum pro Lentulu factum fuisset: nisi libri Sibyllini obstitissent: quorum carmen erat huiusmodi. Si Aegypti rex auxilio quodam indigens uenerit eius amicitiam ne abnueritis: sed illum quidem cum multitudine ne iuueritis: quod si aliter factum fuerit: labores & pericula habebitis. Sic Georgius Merula. Alii carmen magis suis uerbis recitant. Sane cum ea res suspensa maneret: Aulus Gabinius iniussu populi sed adhortante Pompeio Regem restituit: qui recepto regno filiã & Archilaum maritum eius occidit: nec ipse diu superuixit fatali morte absumptus: relictis quattuor liberis: duobus filiis & totidem filiabus. Ex quibus maiores natu testamento patris regnare iussi sunt. Dionysius Ptolomæus qui puer adhuc Pompeium interficiendum mandauit: & Cleopatra quæ Cæsari & deinde Antonio commixta est: post cuius necem Aegyptus in formam prouinciæ redacta est. Et hæc pro argumento. Nunc ad explanationem.

A ante. B. C.D.E.F.
A. 26 96
Ab 26
Abducere 71 88
Abduci 88
Aberratio 175
Abſui magnã partem. 70
Abiectus 87
Abs 26
Abutor 107
Ac 73
Accedit 88
Acerrime 268
Acceſſio 27 243
Acceſſus 27 171
Accidit contingit 213
Accidunt mala 28
Accipere 3 8 112
Accommodare 90
Accuratam 186
Accuratiſſime 70
Accuſare 3 26
Acerbe 93
Acerbitas 106
Achademia 86
Acquieſcere 71
Acrocorinthus 136
Acta 43 183 216
Actiones 3 102
Actium 279
Actor 2
Actuoſi 2
Actus 3 102
Ad 19 64
Adamo 30
Ademptum. 74
Adeo 70
Adhibere fidem 100
Adhibitus 70
Adhuc 73 78.99.183
Admiror 29 268
Admodum 88
Adoleſcentia 28
Adoro 2
Ad ſommam 27
Ad ſummum 27
Aduento 31 32
Aduerſus 67 218
Aduerti 185
Aduola 284
Ad urbem 56
Aedilis.tas 37 36
Aedilitium 39
Aedilium gña duo 39
Aegina 74 75
Aeneas pius 1
Aepheſus 53
Aepiſtola & littera 30
Aeque ac 28 112 256
Aequo animo 84
Aerarium 110
Aes alienum 134
Aeſculapius 58
Aeſopus 131
Aeſtiua 41 60
Affectus 29
Afficio 7 29
Affricanus 182
Affuiſſe 73
Afronte 281
A ante G L M N P.
Agere cauſam 3
Agere gratiam 94 234
Agere tecum 100
Ageſilaus 103
Agger 38
Aggregare 17
Agitare 113
Agnomen 26
Agnominatio 113
Agnoſco 4
Ago cum populo 5
Ago et facio 2 36 37
Ago gratias 36
Agrippa 182
Alabanda 253
Alacer.cris 20
Alacritas 20
Alariis 47
Alatere 281
Alare 196
Alexander phæreus 178
Alicuius 109
Alipres 19 145
Aliquando 98.107.284
Aliter 29
Allatum 9
Alobroges 190
Alfia
Alucia 278
Amabiliter 142
Amabo 34 157
Amanter 109
Amantus 37 59
Amare 171
Ambitio 218 249
Ambitioſus 55
Ambitus 64 249
Ambo 55
Amen 114
Amicitia 184
Amicus 3
Amonius 2
Amo & diligo 37 78
Amor 27 78 184
Amphora 228
Amplector 109 284
Amplius 6
Anne 52
Andabate 137
Anguſtiæ 235
Anima 76
Animaduerſio 99
Animaduerto 185
Animus 27 76
Animus 78
Annales 102
Annona 262
Ante 28 74
Anthiochia 57
apagere 99
apamea 46 57 58
apelles 16 103
aperte ingenue 91
appeto.titus. 4
appium 45
applicare 65
approbare 71
appropinquare 78
aprica rl. 283
aptus 235
apud 5 29 80
apulia iapigia 25
A ante Q R S T V.
Aquinum 180
arabes 157
architecti 164
ardeo 100
area 177
argenteus fl. 205
argumentum 285
ariſtarchus 65 168
arma 74
arpinum 143 241
arripere 100
arrogans 93
ars doctrina 30 72
arſacidæ 160
arund 230
as 248
aſia 74 78
aſſentator 102
aſſentio.or 4
aſſeſſio 218
aſſidere 218
aſſis partes 248
aſteriſcus 168
aſtura 129
at 164
atergo 28
athenais 268
athenæ 85
athenodorum 56
atq; 28 71 56 263
atramentum ſutorium 177
atramen 26
atellanæ comœdiæ 173
atellani 239
attendo 88
atticus 163
attollaganus 176
auctor 3 123
auctorare 3
auctoratus.mentum 3
auctoritas 3 77
audio 134
auertere 113
augures 74
auitus 249
auobis eſt 177
auoco 286
aure.ctior eſt oculis 32
aures conſulendæ 1 82
auſoni 230
auſter 233
auxeſis 5
auxiliare 211 203
auxilium 35
B ante A E I O R V.
Bacchanalia 40
Balbus diſertus 37 176
Barcæ 10
Barcilia 253
Bauli 150
Beatus 116
Beluaci 150
Bellum 118
Bellum ĩcẽdio cõpad. 48
Bellus 140
Belliſſimus 262
Bene actũ eſt mecum 74
Bene eſſe 96 101
Beneficium 1
Beneuortat 48
Benignitas 87 270
Beſſis 248
Beta 146
Biduo 211 282
Binæ literæ 89
Boetia 85
Bona pars 101
Bonorũ poſ. & ecõtra. 142
Bonum 13 29
Bonus 101
Breuis 116
Buccinator 284
Buſtuarii 28
Butrontum 277
C ante A E H I L.
Caii 182
Caius duillus 177
Calamitas 73
Caldus 8
Calendarum ratio 2
Calfacio 8
Caliſthenes 101
Callere 74
Callus 74
Calpe 202
Calumnia 2 163
Calumniari 2 112
Cãdidati 166 276
Cantarides 177
Canterius 176
Capena porta 174
Capere 32
Capitales 139
Capitulum 83

Caput 93
Careoculpa 26
Caria unde 39
Carrucarius 136 280
Caffius 144
Caftellum 116
Caftra 54 64
Caftrum 116
Cafus fortuitus 85
Catina 248
Cato 182
Catonium 145
Cane 126
Cauere 136
Cauillatio 2
Caunum 253
Caufaffa 1 284
Caufidicus 6
Cautiones 139 141
Caecilia.lii 19 182
Caecilius 10
Cedere 81
Celandus 109
Celebrare 101
Celedetis ciuitas 49
Celeriter 65
Caelo te hanc rem 29
Celte 125
Cenfere 67 81 114
Cenfores 64 67
Centuriae 128
Caerimonie 2
Cerno 101
Certe 28.79.83.119.277
Certior fio 8
Certiorem facio 30
Certum facio 39
Caefares 182
Cefenna 287
Charitas 17 28
Charus 28
Chilones. 85
Chyrographum 141 220
Cicero 182
Ciceronis facetiae 50
Cilicia 39
Cybira 244
Cibiftre 266
Cicero 182
Ciconis facetiae 50
Cilicia 36
Cilones 85
Cymbri 125
Circiter 85
Circulator 203
Circunftantia 75
Citheris 182
Ciues 29
Ciuitas 40 182
Cyricus 261
Clam 75
Clarus 273
Claffis 2
Clemens 8 110
tanq̃ in patrem. ¶ Officii:meriti. ¶ Pietatis:quæ plus est q̃ officium. ¶ Laudẽ:cõmẽdationem apud omnes. ¶ Neq; uero:ex quadã cõparatione ostẽdit quãtæ curæ si sibi:ut Milo cõsequat̃ hunc cõsulatũ:& est sensus cũ quilibet naturaliter habeat curã suæ salutis & suarũ reɣ.Non puto ꝓpriam salutem & proprias res fuisse unquam tantæ curæ alicui:quantæ curæ sit mihi eius honor. ¶ Suam:propriam.

Estq; animi ĩgenui cui multũ debeas:eidẽ plurimũ uelle debere,non dubitaui id a te p litteras petere: quod mihi oĩum esset maximum maximeq; necessarium. Neq; enim sum ueritus,ne sustinere tua in me uel inumerabilia beneficia nõ possem : cũ præserti cõsiderem nullam esse gratiã,quam uel non capere animus meus in accipiẽdo uel remunerãdo uel cumulãdo illustrare posset. Ego oĩa mea studia : oẽm operã/curã/idustriam/cogitationem/mẽtem deniq; oẽm in Milonis ↄsulatu fixi & locaui:statuiq; in eo me nõ officii solũ fructũ:sed etiã pietatis laudẽ debere quærere. Neq; uero cuiq̃ salutẽ suam ac fortunas suas tantæ curæ fuisse unq̃ puto : quãtæ mihi sit

PHI.

❡EST q; animi ingenui : pertinet ad animũ liberalẽ

Ingenuus Libertinus

& nobilẽ:nã rusticoɣ aĩ recipiẽdis bñficiis iacent:nisi temeritate aliter se gerãt. Ingenuus ille dr̃:qui liberis parẽtibꝰ natus est:nec postea factus seruus:ecõtrario Libertinus:q insta seruitute manumissus est. ¶ Debeas:elegãter posuit secũda persona pro tertia:tã in uersu q̃ in ꝓsa oratone. Iuuenalis. Dicas forsitan uñ igeniũ par patriæ. ¶ Debere:obligatũ eẽ:huius uerbi significationẽ Ci. in paradoxis explicauit hoc modo. Tu posse te dicito:qm̃ quidem potes : debere te ne dixeris:quãto nihil qs debet:nisi qđ est turpe nõ reddere. ¶ Nõ dubitaui:dirige sic uerba. Sed qa tua &c. ¶ Per lrãs:nõ expectãdo reditũ tuũ. ¶ Neq;.n.sum ueritꝰ: refutatio est & q̃si rñsio obiectioi. ¶ Vel:p ẽt:ut Ter. uel rex:& ĩ Phormiõe.

Vel

uel occidito. Interdũ pro ueluti:ut Ter. uel hic Pãphilus. Alias est disiũctiua ↄiunctio. Plerũq; corruptionẽ significat:ut Ci. uel optimã me sane uitã. ¶ Considerẽ:pro ↄstanti haberem posse accumulatissime gratias referre. ¶ Gratiã.benefi

Cape

cium. ¶ Capere:cũ id qđ in nobis est assumimus:capere dicimus:qui se dignum in accipiẽdo bñficio cognoscit illud accipere nõ dubitat:& id magni & liberalis hois esse phi tradiderunt. ¶ Cumulando:plura referẽdo q̃ acceperat. ¶ Ego

Cura curatio

omnia studia. Articulus est. ¶ Studia:uoluntates:& affectus animi. ¶ Cura:differt a curatione:hęc proprie medicoɣ: cura uero reliquorum esse dicitur:non a curando:ut inquit Priscianus appellata:sed ab eo q̃ cor urat. Hinc Ennius:quasi huius nominis originem explicans:inquit. Curãue leuasso:quæ nunc te coquit. Hanc græci μαϛτιμαγ dicunt: hinc

Industria Industrius

etiam pro amore latini capiunt. Virgilius. At regina graui iamdudum saucia cura. ¶ Industriam:a qua non fit industriosus sed industrius:sicut nec a uirtute uirtuosus licet Boetius:uirtuosum tu ne dicas. Has enim deriuationes latinitas aspernatur:sed pro uirtuosum Tullius dicit bonum/iustum/studiosum/fortem/nunquam uirtuosum apud Ciceronem inuenies:ex quo ait:tametsi uitiosum dicit:uirtuosum tamen dicere non ausim. ¶ In eo:consulatu. ¶ Officii:quod pro meritis in me suis efficere debeo:fructus est uoluptas:gauderem enim multum nõ solum uideri usus officio in Milonem:sed

Pietas

laudari pius in eum fuisse. ¶ Pietatis:nunc pro singulari amore pietatem accipimus:& plus est q̃ officium:ut supra diximus. ¶ Laudem:cõmendationem. ¶ Debere quærere:ut Milo consulatum omnino consequatur:& illud proprie quęri dicitur:quod cum difficultate inuenitur. ¶ Non solum:& non modo semper exigunt post se:aut sed:aut uerum:ut non

Non solum Nõ modo

solum Athenis cognomen deportasse:sed prudentiam:& humanitatem intelligo:& in epistola ad Appium. Ita est homo non modo prudens:uerum etiam quod uidi curiosus. Sed caue dicas ne dum pro non solum. Est enim alius loquẽdi modus. Exigit enim ante se orationem hoc modo. Adirem pro te mortem nedum uerba pro te facerẽ:& sub uno uerbo utrãq; sententiam complecti hoc modo. Adirem pro te mortem ne dum laborem. At nullo modo dicendum est sic.

Nedũ Neq; uero Nõ aũt

Ne dum laborem pro te adirem:uerum etiam mortem:in quo multi errauere. ¶ Neq; uero. Ex quadam quasi comparatione dicit:q̃ n ullus unquam tanti fecit aut fortunam:aut salutem suam:quãti ego consulatum Milonis mei. Et animaduerte q̃ nec:& neq; eleganter iunguñ cũ hac particula uero:sed aũt nunq̃ pati põt qđ iure sibi uendicat nõ. Dicimus.n. nõ aũt:nec uero:& neq; uero. ¶ Salutẽ:caue dicas salutes:numero eni multitudinis nõ inuenit̃ apud doctos uiros.

ASC.

❡EST q;:idest & est:animi ingenui:sup. officium.i. pertinet ad animum ingenuum:idest minime seruilem:uelle debere eidem cui debeas plurimum:sup. ideo ego non dubitaui:idest non sum ueritus:petere id a te per litteras quod esset mihi maximum omnium:scilicet expetendorum:& est maxime necessarium. Artificiosissime:ut dixi:ad obtinenda quę uult incedit. Nam quasi aliud agens rei quam petit & honestatem & necessitatem ostendit. Vnde addit. ¶ Neque enim sum ueritus ne:idest ut:non possem:dico ne:idest ut. Nam satis esset ne possem sine non:cum igitur apponat non:ne qđ ualet per se ut:non ualet tantum ut:quod ideo accidit:q̃ ut dixi uerba timoris & uetandi:quæ tacitam negationem important idem efficiunt cum & sine negatione:& ita tres negationes non plus efficiunt q̃ duæ:sustinere tua:uel idest etiã: innumerabilia beneficia in me:præsertim cum considerem nullam esse gratiam quam animus meus non posset : uel capere:idest comprehendere in accipiendo:idest cum acciperet:uel illustrare:idest illustriorem facere remunerando & cumulando:idest augendo eam. ¶ Ego & cætera. Post longam insinuationem tandem aperit quid petat dicens. ¶ Ego fixi:idest firmaui & locaui in consulatu Milonis:omnia studia mea : omnem operam supple meam : omnem supple curam/industriam/cogitationem:denique omnem mentem/statuique:idest & constitui me debere quærere in eo : non solum fructum:idest utilitatem officii:scilicet bene locati:sed etiam laudem pietatis. ¶ Neque uero puto salutem ac fortunas cuiq; suas fuisse unquam tantæ curæ/quantæ:scilicet curæ.

VBE. CHONos.ut cõsulatũ cõsequat̃. ¶ Fortũa res:diuitias. ¶ In quo. uel honore uel Milone. ¶ Studia:fauores. ¶ Huic petitionis possibilitas. ¶ Te unũ.te solũ. ¶ Si uolueris.q̃si astringat eũ ut faciat. ¶ Praeterea.p̃ter te:uel postea. ¶ Habemus.oñdit adiumẽta q̃ hẽbat ad hãc cãm:& ea enumerat. ¶ Studiũ.fauorẽ & uoluptatẽ. ¶ Ex tribunatu. ¶ Milonis:q tulit legẽ de reuocãdo Cice.cũ eẽt trib.ple. ¶ Propter nr̃am cãm.qa boni uiri cũ uiduissent Ci.a Clo.uexatũ:& a Milone reuocatũ atq̃ defensum:cõciliati sunt ualde erga Milonẽ:q de Ci.reuocatiõe tã diligẽter egisset. ¶ Vulgi & multitudinis.i.plebis. ¶ Munerũ.ludorũ:quos Milo magnificẽtissimos añ exhibuerat:qbus sibi cõciliauerat aios multitudis:qm his plebecula gaudet.

honos eius:in quo omnia mea studia posita esse decreui.Huic te unum tanto adiumento esse(si uolueris)posse intelligo:ut nihil sit praeterea nobis requirendum.Habemus haec omnia:bonorum studium conciliatum ex tribunatu propter nostrã(ut te spero intelligere)causam:uulgi ac multitudinis ꝑpter magnificentiam munerum:liberalitatemq̃ naturae.Iuuentutis & gratiosorum in suffragiis studium propter ipsius excellentem in eo genere uel gratiam uel diligẽtiam:nostram suffragationem si minus potentem:at probatam tamen:& iustam & debitam:& propterea fortasse etiam gratiosam. Dux nobis & auctor opus est:& eorum uentorum quos proposui moderator quidam:& quasi

¶ Vulgi & m.subaudi studium habemus. ¶ Naturae:Milonis q nõ coactus:sed natura liberalis est. ¶ Iuuẽtutis.iuuenũ Romanorũ. ¶ Gratiosorũ:q apud ppl'm gratiã habẽt. ¶ Suffragiis.fauoribus:sunt enim suffragia quasi uoces:q̃ dicebant̃ i comitiis & in tabella scribebant̃:cũ quisquã suã declarabat uolũtatẽ de aliquo eligẽdo in magistratũ:inde ponitur pro auxilio:& suffragari est auxiliũ & fauorem ferre:& refragari est pugnare:sed cauẽdũ ne abutamur sic dicẽdo.Lacedaemonii suffragia miserunt Atheniensibus. Quia auxilia dicẽdũ est:quae proprie de re militari dicunt̃:quãuis & alia referant̃. Suffragiũ uero in uoce tãtũ dr̃:& sic suffragari & refragari. ¶ Ipsius. Milonis. ¶ Diligẽtiam.quã adhibet in oibus sit gratus. ¶ Nostrã.mei Cic. ¶ Suffragationẽ.fauorẽ:ut diximꝰ. ¶ Si minus.si non. ¶ Potentem.magnae auctoritatis. ¶ At.saltẽ. ¶ Probatã.bonã & laudatã. ¶ Iustã.pp eius probitatẽ.Iustũ est enim fauere bonis. ¶ Debita.pp eius i me merita. ¶ Propterea.pp id.s.qd' sit debita. ¶ Gratiosam.qa solẽt esse grata ea q̃ ex debito ab aliquo fieri putantur. Ingratum enim & imemorem nemo est qui nõ oderit. ¶ Dux.princeps:tractum a militia:ubi milites sine duce minus audent & ualent. Vnde Virgi. Vrget praesentia Turni:dicimus autẽ opus est mihi duce:& opus est dux. ¶ Ventorũ.uulgi & multitudinis:quã uentum appellauit propter instabilitatẽ:aut quia ex multitudine seditio plerũq̃ mouetur:quae ut supra diximus tempestati comparatur:sicut etiã tempestas seditioni:ut Virg.i.Ӕne. Ac ueluti magno in populo:cũ saepe cohorta est Seditio:saeuitq̃ ais ignobile uulgus. ¶ Proposui.ãñdixi. ¶ Moderator.rector.i.cuius sapia & auctẽ ducant̃:ut idẽ Virg. Tũ pietate grauẽ ac meritis si forte uirũ quẽ cõspexere:silẽt:arrectisq̃ auribus astant.

PHI. CHONos.ut adipiscat̃ cõsulatũ:honos:& labos ꝑ honor & labor nõ tã uersu:q̃ psa oro͠ne dici possunt. ¶ Sic in tusculanis:honos alit artes:& Virg.Semp honos nomẽq̃ tuum. ¶ Omnia mea.nihil excepit:sed animi:corporis:& terũ aeternae bona intellexit eẽ posita ꝑ honore Milonis:ut magis Curio moueret̃ ad id agendũ:qd' Tullius ꝑ milone petebat. ¶ Si uolueris.uim habent haec uerba:quasi ad cogendum ut faciat. ¶ Intelligo.plus est q̃ si dixisset credo:nam q̃ intelligimus certa sunt:q̃ uero credimus falsa esse possunt. ¶ Praeterea.praeter te unum. ¶ Habemus haec oia.aperit statũ causae:& rei peragendae facilitatem ostẽdit:& Milonis motes:& gr̃am:& adiumẽta:q̃ habeant:paucis enumerat. ¶ Bonorũ studium.habemus inqt in primis bonorũ ciuiũ:hoc est patritiorũ uolũtatem:q cõsulatum Miloni uolunt. ¶ Cõciliatum. in beniuolentiã Milonis & fauorem adductũ. ¶ Ex tribunatu.ipsius Milonis:qñ de reuocãdo ab exilio Cice.legem tulit. ¶ Propter nr̃am(ut spero te intelligere)cãm.q̃ uenuste inter duas cãs similiter cadentes diuersa interposita sunt uerba:per cãm uero nr̃am ab exilio reductionem intelligit:de quo saepe diximus. ¶ Vulgi ac multitudinis.repete habemꝰ studium:& per uulgus ac multitudinẽ plebeios intelligit. ¶ Propter magnificentiam munerũ.ludorũ quos populo antea Milo ꝑbuerat:qbus maxime plebeiorum aios ad se amandum allexerat. ¶ Iuuentutis:repete habemus studia iuuentutis:& aliorũ qui gratiosi erant in dãdis suffragiis.Omnes.n.Miloni fauebant:cum ipse in dandis suffragiis maxima prudentia uteret:ut neminem offendere & multis gratificari uideretur. Sunt enim suffragia:& suffragationes in eligendis magistratibus uoces & auxilia:quorũ uarius est modus. Alibi fabis utũtur:alibi pilulis ex panno factis:alibi uocibus in tabella ascriptis:ut Senatus apostolicus in eligẽdo Põtifice facere consueuit. Inde suffragari ꝑ auxiliari dicimus:& refragari ꝑ repugnare:& suffragiũ ꝑ auxilio ponit:non tñ dicas. Carthaginẽses suffragia miserunt Hãnibali & hmõi:tunc.n. auxilia dicimus:nõ suffragia:q̃ hmõi uocibus:ut ita loquar:accomodãda sunt. ¶ In eo gñe.in dãdis suffragiis. ¶ Nostrã suffragationẽ.intellige habemus. ¶ Minus potẽtem.nõ multae gratiae uel auctoritatis:qm oẽs sciebant Cice.Miloni primum debere:iõ in hac petitiõe Milonis parũ auctoritatis habebat.uidebat̃ enim nõ rõne:sed gr̃a & debito moueri:aut ad euitãdam arrogãtiam inqt minus potẽtem. ¶ At.saltem. ¶ Gratiosam.ex debito.Solent.n.iucũda & grata esse:q̃ a debito ꝑficiscunt̃. Quis.n.laudat ingratũ?nemo. Noia in osus desinẽtia copiã/habitationẽ/uehemẽtiã/& quãdã affectionem ꝑ se ferũt. ¶ Dux nobis & auctor opus est.q ad optimũ finẽ hãc rem ducat:& methaphora a militibus esse põt:qui sine duce nõ multũ ꝑficiunt. Opus est mihi illa res:illius rei:illã rẽ:& illa re dicimus. ¶ Vẽtorũ.a nautis methaphora:& uulgus ac multitudinẽ intellexit:qbus nulla solet esse cõstãtia:tanq̃ in uẽtis:& facile ut uenti mutant̃:& utplurimum in cõtrariam snĩam. Virgi. Scinditur incertum:studia incõtraria uulgus. ¶ Moderator.cuius persuasione moueãtur:ut est illud Maronis. Tum pietate grauem:ac meritis:si forte uirum quem Conspexere/silent/arrectisq̃ auribus astant.

ASC. CHONos eius.s.Milonis:sit mihi:in quo.s.honore eius:ego decreui oia studia mea esse. ¶ Ego intelligo te unũ posse esse si uolueris huic.i.hmõi amico meo:tanto adiumento:ut nihil sit requirendum nobis praeterea.i.p̃ter te unum. ¶ Nos habemus haec omnia.s.adiumenta:utpote studium.i.fauorem:bonorũ.s.ciuium:conciliatum.i.conquisitum Miloni ex tribunatu.s.eius:quẽ decenter gessit:cõciliatum dico:studium bonorũ:propter nostram causam:ut spero te intelligere:& studium uulgi ac multitudinis propter magnificentiam munerum:& liberalitatem naturae.i.naturalem Milonis:& sup. studium iuuentutis:idest multitudinis iuuenum:& gratiosorum.i.eorum qui habent multam gratiam & praerogatiuam in suffragiis:propter excellentem uel gratiam uel diligentiam ipsius in eo genere.s.hominum conciliãdo:& sup.propter nostram suffragationem:si.i.licet forte minus potentem:at.i.certe:probatam & iustam & debitam:& propterea fortasse etiam gratiosam. ¶ Dux & auctor.s.huius petitionis:est opus.i.necessarius nobis:& quidam moderator eorum uẽtorũ idest aurarum:hoc est fauorum & suffragiorum:quae saepe facillime ut uenti leui momento mutantur.

Suffragium. Suffragor. Refragor. Auxilium. Suffragium. Suffragatio. Suffragor. Refragor. Opus

gubernator:qui si ex omnibus unus exoptandus esset:quē tecū cōferre possumus nō hēmus.Quāobrē si me memorē:si gratū:si bonū uirum:uel ex hoc ipso ꝙ tam uehementer de Milone laborem existimare potes:si dignū deniq; tuis beneficiis iudicas:hoc a te peto:ut subuenias huic meæ sollicitudi: ut huic meæ laudi:uel(ut uerius dicam) ꝓpriæ saluti tuum studium dices.De ipso Tito Annio tantum tibi polliceor:te maioris animi:grauitatis:constātiæ:beniuolentiæq; erga te(si cōplecti hoīem uolueris)habiturum esse neminem.Mihi uero tm̄ decoris:tm̄ dignitatis adiunxeris:ut eūdem te facile agnoscā fuisse in laude mea:qui fueris ī salute.Ego ni te uidere scirem:cū ad te hoc scriberē q̄tū officii sustinerem quātopere mihi eēt in hac petitione Milonis oī nō mō cōtētione:sed ēt dimicatione elaborādū plura scriberē,Nūc tibi oēm rē atq; cām:meq; totū cōmēdo atq; trado. Vnū hoc sic habeto,qđ si a te hāc rē ipetrauero,me pene plus tibi,q̄ ipī Milōi debiturū. Nō.n.mihi tā mea salus fuit chara:in q̄ ꝑcipue sum ab illo adiutus:q̄ pietas erit ī referēda grā iucūda. Eā āt tuo uni⁹ studio me asseq posse cōfido. Vale.

VEB. Gubernator — ℂGVBERnator.qa de uentis locutus est:gubernatorē ēt transitiue dixit:cū ꝓprie de naui dicatur gubernator:ut Vir.in.vi.Æneī.Ecce gubernator sese Palinurus agebat.Ergo perseuerauit in trāslatione nauigātiū:ut ita intelligat:ꝙ quemadmodum nauigātibus:ut ad portū perueniant:opus est qui arte & prudētia sciat moderari uentos:& est opus bono gubernatore:ita & tibi opus est duce aliquo:qui regat istam multitudinē:& seruet eā in fauore Milo.ut cōsequaẗ cōsulatū:ne ipsa multitudo & uulgus tanq̄ uēti sine moderatore mutent.⸿Vnus.solus.⸿Ex oib⁹.ciuibus Romanis.⸿Exoptādus.eligēdus:optare enim eligere dicit.Virg.i.æneī.Pars optare locū tecto.Et Terētius in Andria.Quæ sese optant hic diuitias inhoneste parare potiusquā in pr̄ia pauper

Opto Optio — honeste uiuere:unde & optio dicit electio pro optano.⸿Cōferre.cōparare:quia neminem potiusq̄ te eligendū putarem.⸿Si gratū.in referēda gratia:nam ut inqt Cice.beneficiū male locatū maleficiū puto:& stultum est in imemorē:& ingratū beneficiū conferre.⸿Si bonū uirū.cui iucundū & dignū benefacere.⸿Vel ex hoc ipso.ꝙ Miloni uiro bono faueat:posse existimari se eē uirū bonū.⸿Laborē.curem:sollicitus sim.⸿De.i.propter.⸿Si dignū.generaliter dicit:si me ob aliquā rem putas:in quē beneficia tua cōferas.⸿Subuenias.succurras:auxilieris.⸿Meæ sollicitudini.labori & anxietati quā de Milone suscipio.⸿Laudi.qa sperabat maximā laudem si eius studiis Milo esset adeptus cōsulatum:unde supra dixit:sed ēt pietatis laudē debere q̄rere.⸿Velut uerius dicā.correctio est.⸿Propriæ.meę.⸿Saluti.existimat enim in Milonis consulatu consiste

Dico — re salute suā.⸿Dices.dicare & dare uelis:est aūt dico primæ cōiugationis:& est auctore Donato plusq̄ dare:dicaẗ enim perpetuo.datur ad tēpus:Teren.in Phormione:operā hanc tibi dico:& Virg.i.Æneī.Propriāq; dicabo.⸿De ipso.ultima pars petitionis:hoc est remunerationis oblatio ex persona Milo.& ex persona sua.⸿Ti.Annio Milone.appellatus est.n.Titus Annius Milo.⸿Cōplecti.suscipere defendēdū.⸿Animi.fortitudinis in aggregandis rebus magnis.⸿Grauitatis.auctoritatis.⸿Cōstāntiæ.pseuerationis erga te.⸿Mihi uero.ostēdit q̄ sibi gratū sit hoc futurū qđ pro Milone faciet.⸿Adiunxeris.ꝓ adiunges.⸿Vt eundē.ut cognoscā te ita fuisse prōpium ad ea:in qbus agiẗ salus mea:sicut olim fuisti in salute.⸿Eundē.talem:tā benignum.⸿Qui.qualis.⸿Ego.nunc adducit cām quare pluribus eum nō rogat:qa Curio satis intelligat q̄ obligatus sit Ci.ipsi Miloni.⸿Quātū officii.q̄tū debiti.⸿Sustinerē.esset mihi impositū.⸿Cōtentione.uerboꝝ.⸿Dimi

Trado — catione.cōcertatione:si sit opus.⸿Trado.tradere est fidei alicuius credere.Virg.in Bucco.Nuper mihi tradidit ægon.⸿Tibi.ꝓp studiū & fauorē tuū Miloni ꝓstitū.⸿Pene.fere.⸿Quā ipsi.q adiutor fuit in salute mea.⸿Neq;.n.sensus ē.Nā nō tā mihi chara est salus mea:in q̄ ille ꝑcipue me adiuuit:q̄ erat iucūda pietas i ferēda grā.⸿Præcipue.maxie:qa ēt ab alus.⸿Referēda grā.reddēdo ꝓ meritū.⸿Eā.pietatē.⸿Studio.fauor.⸿Tui uni⁹.tui soli⁹si uolueris Mi.studerē.

PHI. — ℂGVBernator.μεταφορικῶς a naui:cuius rector gubernator dr̄:ut Virg.Ecce gubernator sese Palinurus agebat:& in methaphora nauigātiū pseuerauit:cū uētos noiasset:q ut arte regunẗ:ita regi a certo duce hmōi multitudinē oportebat:ne tanq̄ uenti mutaret:sed cōstās esset in fauore Milonis.⸿Vnus.ꝑcipuus.⸿Exoptādus.eligēdus.⸿Si memorē.s.beneficioꝝ:hac uerboꝝ iunctura te uti nolim:ut ab eadē syllaba sumaẗ initiū dictionis:in qua superior desinit:qđ facit incōcinnā orōnē:ut illud Maro.Et dorica castra.Eodē mō ab eisdē syllabis dico.Videndū est inqt Fabius:ne syllabæ uerbi prioris ultimæ sint primæ sequētis.Id ne qs ꝑcipi miretur:Ci.excedit in carmine.O fortunatā natā me cōsule Romam.⸿Quāobrē.cōclusio in qua ostēdit nihil sibi denegādū a Curione ex iis quæ petit.⸿Memorē.beneficioꝝ acceptorū.⸿Si gratū.in referēda grā:beneficiū inqt Cice.male collocatum maleficium puto:& stultum est in immemorē & ingra

Dico. Do — tum bn̄ficium cōferre.⸿Si bonū uirū.repetitio est:& cōferre beneficiū bono uiro iucūdū est.⸿Quod.s.me esse memorē.⸿De Milone.q est uir bonus.⸿De.i.ꝓpter.⸿Dices.primæ cōiugationis uerbū:ut Vir.Propriāq; dicabo.Et plus est dicare q̄ dare:nā dicamus ꝑpetuo:damus uero ad tēpus.⸿Vel ut ue.di.Correctio ē.⸿De ipso.T.Annio.T.Annius Milo dicebaẗ:remuneratio petitionis.⸿Maioris animi.articulus.⸿Si complecti hominem.modus loquēdi apud disertos uiros frequētissimus:proamare & defendere & fauere.Solēt & addere amore:uel beniuolētia:fauore:& hmōi:& ita dicere magno te amore cōplector:& hoiem pro illū ponere:ut uidisti hoiem:hoc est uidisti illū.⸿Mihi uero.quā grande beneficiū sit in eū collaturus ostendit:si hanc sumet pro Milone prouinciam.⸿Eundem.ita diligentem:& benignum.⸿In laude mea.maximæ sibi laudi futurum existimabat si eius opera Milo consulatum adipisceretur.⸿Qui.q̄lis.⸿In salute.qñ ab exilio reuocatus est.⸿Vbiq; lo.suā ab exilio reuocationē salutem appellat.⸿Ego ni te.ordo est.

Cōmēdo te ꝑncipi Cōmēdo te apud ꝑncipē — ego plura scriberē:ni te &c̄.⸿His uerbis cām ostēdit:cur nō pluribus uerbis secū agat:cū sciat Tulliū Miloni plurimum debere.⸿Officii.in me collati ab eo.⸿Cōmēdo.idocti dicūt recōmēdo:& recōmitto:& recōmēdationē.Tu fac dicas cōmēdo:cōmitto:cōmēdationē:& interest multū cū cōmēdo te principi dicimus:& cōmēdo te apud ꝑncipē.Nā cōmēdo te ꝑncipi:est cōmitto te.Cōmēdo te apud principē:est laudo te.⸿Atq; tra.est.n.tradere alic⁹ fidei se cōmittere:& sub eius ꝓsidio esse.⸿Habeto.ad finē spectat:ut diximus ante.⸿Præcipue.ante alios.⸿Pietas.singularis obseruātia amoris.⸿Studio.opa & diligētia:& fauore.Sane legēdū.⸿Tuo unius studio:nō tui unius.⸿Cōfido.cōstāter teneo:uel credo:ut alibi Ci.Quāq̄ Cratippo nr̄o principe huius memoriæ ꝑhoꝝ hæc te assidue audire:atq; accipere confido.

ASC. — ℂET quasi gubernator.qui.s.moderator & gubernator:si unus sit exoptandus nobis ex oibus:nō habemus sup.quē ꝑiā quē possumus cōferre tecū.⸿Quāobrem si potest existimare.i.iudicare me uirū memorē.s.beneficii habēdi in animo:si gratum

mo:si gratũ in beneficio referẽdo:si uirũ bonũ:uel.i.etiã:ex hoc ipo.s.facto meo:q labore tã uehemẽter de Milone.i.de honore Miloni augendo:denigs si iudicas me dignũ tuis beneficiis:ego peto hoc a te:ut subuenias huic solicitudini meæ: ut dices.i.dedicas aut dedas & q̃si cõsecres & proprium facias studiũ tuũ huic laudi:uel ut dicã uerius: saluti propriæ. ❡ Ego polliceor tibi de ipo Tito Annio.s.Milone:tm.i.tã multũ aut id solum:te neminẽ.i.nõ aliquẽ:nõ esse habiturum aliquẽ maioris animi:grauitatis:cõstantiæ beneuolẽtiæ erga te:sup.q̃ ipsum:si uelis cõplecti.i.in amicitiã tuã acceptare hominẽ. ❡ Vero.i. sed:tu adiunxeris mihi tãtũ decoris:tantũ dignitatis:ut ego agnoscam facile te fuisse eundẽ in laude mea:q fueris in salute.s. mea:hoc est in recupando reditu ab exilio. ❡ Ego ni.i.nisi:scirẽ te uidere.i.pspicere cũ scriberẽ ad te:quantũ officii.s.Milonis in me sustinerẽ:& quãtopere esset mihi elaborãdũ in hac petitiõe:scilicet consulatus Milonis:idest qua Milo consulatũ petit:non modo:idest nõ solum omni cõtentione.s.uerborum:sed etiã omni dimicatione: idest concertatione qualis est armorum:scriberem plura. ❡ Nũc quia ita est qd' rem oẽm nostũ:cõmendo tibi oẽm rẽ atqs causam:& me totũ comẽdo:atqs trado:i.tibi dedo:habeto.i.firmiter teneto hoc unũ sic:si ego ĩpetrauero hãc unã rem a te:me debitũ sup.esse tibi:plus q̃ ipsi Miloni. ❡ Non enim mea salus fuit mihi tã chara:in qua sum adiutus ꝑcipue ab illo.s.Milone:q̃.i.quantũ pietas.s.mea:in referenda gratia erit iucunda.i.delectabilis sup.mihi. ❡ Aũt pro sed:ego confido me posse assequi.i.obtinere:eam.s.pietatẽ in Milonem:studio.i.annixu & fauore tui unius.i.solius.

M.T.C.Curioni.S.D.

SEra gratulatio reꝑhendi non solet,præsertim si nlla negligẽtia ꝑtermissa ẽ,lõge.n. absũ,audio sero,sed tibi & gratulor, & ut

VBE. SEra gra.post finitũ tẽpus magr̃atus:quem Curi. gesserat in Asia.reuersus Romã creatus est trib.ple.cui Ci.ex Cilicia scribẽs:primũ excusat se de sera gratulatione huius dignitatis.Deinde ei gratulat:& simul hortat:ut prudẽtia sua ita se regat ne aliorum ɔsiliis auferat. Intelligebat.n.Ci.Curi.a Cæ.sollicitari in ptes suas:quẽ ut diximus:ære alieno oppssũ tandẽ adegit.Itaqs nũc Ci.eũ laudãs hortat: ut sit fortis & ɔstans in tuẽda rep.& cũ sit sapiẽtissimus:ita ut aliis possit ɔsulere:multo melius dicit eũ posse consulere sibiipsi. Postea Ci.dolet q nõ sit Romę:ut posset aut spectare q̃ ꝑclara a Curione gerunt:aut etiã eũ ɔsilio iuuare:postremo rogat eũ:ut det operã ne tps ꝓuinciæ ei proget:quẽadmodũ dicit se eũ rogasse Romæ corã. ❡ Sera.tarda. ❡ Gratulatio.est gaudiũ ex aliena fœlicitate:alias uero p actione grãꝝ ponit:& gratulari p agere grãs. Terẽ.Desine mulier gratulando deos obtũdere. ❡ Prætermissa.ad tps omissa. ❡ Absum.qa Cilicia pcul abest ab urbe Roma:& est accusatio seræ gratulationis. ❡ Sero audio.quæ Romę fiũt ꝑpter longinquitatẽ locoꝝ & itineꝝ difficultatem. ❡ Sed tibi.dicit se nũc facere qd' distulit:ut gratulet Ci.de tribunatu adepto. ❡ Exopto.uotis & ꝑcibus exposco. ❡ Iste.tuus.

Gratulatio · Gratulor

PHI. SEra gratulatio.cõgratulat Curioni:q ex Asia reuersus tribunatum cõsecutus:sit quẽ magistratũ adiisse & factũ Cæ.inimicũ Appianus scriptũ reliqt.Sed eũ tandẽ ære alieno oppssum Cæsa.in suas ptes adduxit:ut añ diximus.Hortaturqs Curio.ad suscipiẽdã reip.defẽsionẽ.& ꝑpaucos intelligat eẽ Romæ,q saluã rẽp.nelint.adhibeat in ɔsiliũ neminem.sed se solũ audiat.sibi obtemperet:suũ dũtaxat cõsilium sequatur.Inde dicit se dolere q abest ab urbe:& spectare nõ põt:q̃ ab eo gerunt in rep Postremo rẽ suam Curioni comẽdat:ne sibi in Cilicia proget imperiũ.Erat aũt tũ Ci.cũ has ad eũ lr̃as scriberet in Cilicia pcõsul:Curio Romæ tri.ple.Ex quo uidẽdum in primis cuiusmodi magistratus isti fuerint.Procõsules erant:qui cũ ptãte cõsulari extra ordinẽ in ꝓuincias belli gerẽdi cã mittebant:& eãdẽ ꝑpemodũ ptãtẽ habebãt:quã cõsules:nisi q.yi.tm lictores secũ ducebãt:illi.xii.Et si q̃dẽ is aliq̃ occupatus cã:ad ꝓuinciã sibi traditã accedere:aut ibi adesse nequisset:legatũ subrogabat:q ꝑpemodum parẽ pcõsuli ptãtẽ gerebat.Res.n. grauiores administrare nequibat: q̃ pcõsuli pcurãdæ deferebãt.Procõsularis uero dignitas fuit primũ eo tpe: ut arbitror instituta:quo Posthumus Albus:& Sp.Fuscus cõsulatũ gerebãt:quoꝝ alter aduersus Equos bellũ gerẽs obsessus est:alter in urbe remanserat:& is ut colegæ ferret auxiliũ.T.Quintũ pcõsulẽ creauit:añ ipsum iuenio neminẽ.Hæc deĩde ita diffusa & obsuari cœpta ẽ:ut q cõsules fuissent exacto eorũ offõ sequẽti anno pcõsules remanerẽt:& ad diuersas belli gerẽdi cã ꝓuincias mitterẽtur. Tribunoꝝ tria sunt gña: Celeꝝ:Militũ & plebis. Tribuni celeꝝ.ccc.milites ad ɔtinuũ & regis:& reip. ꝑsidiũ sub se hẽbãt:quos primus oium Romulus ex quaqs curia:quas ipse.xxx cõstituerat.x.asciuit.& his tres uiros ꝑfecit:eosqs qm a tribubus elegerat:tribunos uoluit appellari. Celeres uero a celeritate pleriqs dictos existimãt.Sũt qa Celere.q Remũ occiderat.& q prio his ordinibus a Romulo ꝑfectus fuerat:appellatos putẽt. Tribuni uero militũ totius exercitus defensores erãt:ne uis aliq̃ uel seditio inter milites orirẽt.Et tres primũ ad postulationẽ plebis ɔstituti.q eãdẽ cũ cõsulibus habebãt ptãtẽ:cũ bella sæuirẽt:& ex plebe delectus fieret ne grauiter ferret. Tres inq̃ constituti fuerũt:Sẽpronius Attracinus.L.Acti.&.C.Celius uiri Patritii.M. Geni.&.P. Curiatio.coss.Añ hos tñ tri.pl.erãt:q aduersus oẽm Senatũ plebẽ defenderẽt.Istoꝝ uero creãdoꝝ cã initio fuit successio ple.a pribus in mõtẽ sacrũ facta:q tertio lapide distat ab urbe.Fuit & Menenii Agrippæ diligẽtia hac cõditiõe reuocata:ut plebeos magistratus in urbe haberet. Tũc duo creati sunt tr.ple. Aulo Virginio:&.T.Vetulio coss. Additi deinde fuerũt tres alii.T. Quitio & Appio Claudio cõss.Demũ.v.alii.Q.Minutio:&.M. Hora. Puluillo cõss. quoꝝ qdẽ tribunoꝝ tãta erat auctas:ut oia Senatus decreta irrita tenerent:nisi p eos approbata:iporũqs signata sigillo fuissent. Verũ q̃ & q̃ta fuerit tribunoꝝ potẽtia. A.Gel.Labeõis snia:atqs Varronis ostẽdit:qd in eo legere poteris. ❡ Sera gratulatio.quãdam excusationẽ pręmittit:qm aliquãtulũ tardus i gratulãdo fuisse uidebat. ❡ Sera.tarda.Martia.Nil facis:& serum est aliũ mihi q̃rere regẽ. ❡ Lõge absum.multũ enim distat ab urbe.Ro.cilicia:in q̃ tunc Ci.pcõsul. ❡ Audio sero. q̃ Romæ gerunt:hoc est tarde.Nec tu dicas bonũ sero pro bona uespera:id enim nusq̃ lectũ est:tametsi:non solũ tarde significet:sed post solis occasum unde:serotinus. ❡ Sed tibi.Nũc se gratulari dicit:q longinqtas locoꝝ abstulerat. ❡ Gratulor.Gratari & gratulari significatiõe non differũt:sed stilo.Gratari enĩ poetarum est:& historicorũ.Gratulari uero oratorum:significantqs uel bis ostẽdere te gaudere alicuius fœlicitate apud eũ qui fœlix est:& datiuũ uolũt:ut Gratare sorori:& tibi Gratulor:& ad nos ipsos interdũ referri põt ob aliquam fœlicitatẽ nostrã:ut si dicimus.Gratulor scriptis meis.

Proconsules · Tribunorum gña · Sero · Serotinus · Grator · Gratulor

ASC. SEra gratulatio.Quo tempore Curio romã redierat:& tribunus plebis creatus fuerat Cicero Ciliciam prouinciam regebat:e qua cum audisset tandem Curionis successum:gratulatur ei:purgans tarditatem gratulationis:& simul adhortans:ne quorumuis consiliis ab reipub.studio auferatur:in qua re tacite Cæsarem notabat:demum rogat ut Curio faciat ne sibi prouincia prolongetur. ❡ Ordo est. Gratulatio de bono alterius:sera:idest licet tarda non solet reprehendi:præsertim:idest hoc præasserto:si supple.gratulatio:nulla:idest non ulla:nõ est prætermissa ulla negligẽtia: idest per ullam negligentiam:subaudi qualis est nostra. ❡ Enim:idest quia:ego absum:scilicet ab urbe:longe:utpote in Cilicia:audio:scilicet:quę illic gerantur sero:idest tarde:aliquando sero est nimis tarde. ❡ Sed licet sero o Curio ego & gratulor tibi:& exopto ut iste tribunatus sit tibi.

VBE. ❡SEMpiternæ laudi.ut ita eū geras:ut cōseq̄re sempiternā laudē.⸿ Gubernes.tractū ut diximꝰ supra ab eo q nauem regit.⸿ Moderere.cū mō & rōne regas.⸿ Alioꝝ ɔsilia.nemiē noiat:sed latēter significat Cæsa.q nitebaẛ Curionē in ptes suas:ut diximus:trahere.⸿ Auferāt.abducāt a recto pposito & sñia defendēdæ reip.⸿ Suadere.ɔsulē.⸿ Laberẛ. penultima pducta.i.errabis:& ē trāslatio.⸿ Audies te.auscultabis tibi:& cōsiliū tuū seq uolueris:nā audire pcepta alicuius dicimur cū eis parentus.⸿ Temere.sine cā.⸿ Cui.q̄li.q.d.sapiētissimo & cōstātissimo ciui.⸿ Animū.forte & studiosū libertatis.⸿ Cōsiliū.prudētiā.⸿ Timide.qa dixit noui animū tuū:ē.n.timiditas ɔtraria fortitudini.⸿ Stulte.pp

Timiditas id qđ dixit noui cōsiliū:qa stultitia cōtraria est pruden

Rectū tiæ.⸿ Sēties.iudicabis.⸿ Recta.hōesta: nā rectū dr̄

Incidereẛ qđ cū offō fit:idē & honestū dr̄.⸿ Quod qa.⸿ Incideris.casu ueneris.⸿ Sed uene.i.iudicio & certa sñia ueneris:nā incidere ē casu incurrere & uenire:ut icidi i latrones:icidi i magnā pturbationē reip.⸿ Iudicio.i.certa sñia:ɔsulto.⸿ Nō casu.nō incōsiderate:nō fortuito.⸿ Cōtulisti tribunatū in ipm discrimē.i.uoluisti eē tribunus in ipso piculo reip.⸿ Discrimē.nunc piculū:al's experiētia significat & differentiā.⸿ Rerū.iperiu & statu's Romani:ut Vir.ii.æneid.Postq̄ res Asiæ.⸿ Cōtuli

Tēpora sti.cōiecisti:distulisti.⸿ Vis tporū.ipetus & uiolētia tēporū:tpa aūt p cōditiōe tēpoꝝ ponunẛ:ut Ci.o mores o tpa.⸿ Varietas.diuersitas:alii.n.gaudent isto statu: alii dolent.⸿ Incerti.ignorati:dubii.⸿ Insidiarū:frau

Vanitas dū:pditionū:ut Accipe nūc danaū insidias.⸿ Vanita

Vani tis:mēdacioꝝ:& infidelitatis : nā ut inqt.A.Gel.uani sunt:nō ut uulgo desipiētes: & hebetes aut iepti : sed ut ueterū doctissimi dicūt:mēdaces & infidi:& Nonius i.fidiosos & subdolosos dici ostēdit.⸿ Ambo. blādiēns est ptīcula cōicis ualde familiaris.⸿ Initio.huius eplæ repetit aūt eādē sñiam diuersis uerbis.⸿ Tecū lo. idē est qđ supra.Nemo ē q suadē tibi prudētius possit &c.⸿ Obtēpera.obseruaẛ.⸿ Tibi.tuo iudicio.⸿ Alteri.idest alii.⸿ Tibi.argumētū a minori ad maius: ut qui aliis cōsulere sciat:se multo melius cōsulat.⸿ Dabit.cōsiliū.⸿ Dii imortales.exclamatio p̄ magno desyderio Curionis.⸿ Nō adsum.Romæ.

sempiternæ laudi tibi sit iste tribūatus exopto.Teq̄ hortor:ut oīa gubernes & moderes pruděti a tua:ne te auferāt aliorū cōsilia: nemo est q tibi sapiētiꝰ suadere possit te ipo:nūq̄ labere:si te audies.Nō scribo hoc temere:cui scribā:uideo.Noui animū:noui consiliū tuū:non uereor ne qd timide: ne qd stulte facias:si ea defendas:q̄ ipse recta sēties.Quod i id reip. tps nō incideris sed ueneris.Iudicio eni tuo nō casu in ipsum discrimē rerū cōtulisti tribunatū tuū: profecto uides quāta uis in rep.tporum sit:quāta uarietas rerum:q̄ incerti exitus:q̄ flexibiles hominum uoluntates:quid insidiarū:quid uanitatis in uita sit nō dubito qn cogites. Sed amabo te cura & cogita nihil noui:sed idem illud quod initio scripsi tecum loquere.& te adhibe in consilium:te audi ; tibi obtempera.Alteri qui melius dare cōsilium possit q̄ tu:nō facile inueniri potest.Tibi uero ipsi certe nemo melius dabit. Dii immortales cur ego non adsum uel

PHI. ❡SEmpiternæ.nūq̄ pituræ.Sēpiternū diis damus.Perpetuū hoībus.⸿ Moderere.cū mō regas & rōne.⸿ Prudētia.

Sempiternum q̄ est rerū bonarū:& malarū p oē ips scietia.⸿ Ne te auferāt.i eoꝝ sñiam ducāt:defēsionē reip.deferēdo:& hoc pp Cæ. dixit:q eū i ptes suas adducere conabaẛ:qđ tādē fecit. Aufero ex ab & fero:&.b.in.u.mutaẛ.⸿ Laberis.i errore cades:

Perpetuum accētū i penultima: μεταφορικῶς dixit.⸿ Temere.stulte:sine cā.⸿ Si te audies.si tuū ɔsiliū seq̄ris.⸿ Cui scribā uideo. q̄si dicat:se uideri ad prudētissimū uirū scribere.Emphasis ē.⸿ Noui animū.s.magnificū:laudē:& gloriā appetentē:& libertatis amātissimū.⸿ Noui cō.eē fanissimū:& reip.pfuturū:qđ ex aio tuo nasciẛ.⸿ Timide.ad aium referẛ:timor.n.ē

Timor cōtra magnanimitatē.⸿ Stulte.ad cōsiliū:spēs ē malitiæ.nā stultitia ē prudētiæ cōtraria:ex q̄ nasciẛ cōsiliū.⸿ Sēties.censebis.⸿ Nō incide.sed ueneris.Vnū in casu & fortuna:alteꝝ i iudicio & cōsilio positū est.⸿ Iudicio.cōsilium:cōsulto: & dedita opera.⸿ Casu.fortuito.⸿ Discrimē re.piculū reip.ut eā defenderes.nā res p statu reipu.posuit:ut Res agmemnonias:uictriciaq̧ arma secutus.Virg.Per tot discrimina reꝝ.al's dr̄iam significat.Vir.Tros:tyriusq̧ mihi nullo discrimine ageẛ.⸿ Cōtulisti.cōiecisti.⸿ Tribunatū tuū.q tribunus eē uoluisti:cū tāto piculo resp.laboraret.⸿ Tēporū.pturbationū.⸿ Quid insi.qm nusq̄ tuta fides:nūero tn̄ multitudinis isidias dicimꝰ:& fraudes:atq̧ pdiōes significāt.⸿ Quid ua.referẛ.n.uanitas ad fingēdā mēdaciā:& pfidiā:& differt a stoliditate:cuꝰ rei meminit Apollinaris:auctore Nigidio

Vanus apd Gelliū his uerbis.Vanos pprie dici nō:ut uulgus dicit:desipiētes:hebetes:aut ieptos:sed ut ueterū doctissimi dixis

Stolidꝰ sent:mēdaces:& ifidos:& leuia inaniaq̧ p grauibꝰ & ueris astutissime cōponētes.Stolidos aūt uocari nō tā stultos:& excordes:q̄ tetros:& molestos & illepidos:quos græci μοχθηρούς καὶ φορτικούς dicūt.⸿ Quin.q nō:ut Qui uatē isanā aspicias. Al's qn p imo ēt:aut atq̧ ēt:ut qn aspera iuno.Interdū p cur nō.Vir.Quin tu aliqd saltē potius quorū indiget usus Viminibus molliq̧ pas detexere iunco:& idicatiuo isigiẛ tn̄ in psa orone q̄ uei su.Fabius.Qui tu potius amittis iuuenis cōsilii rōnē.⸿ Ambo.aduerbiū blādiētis est & i āpenulumā hʒ accētū.Terē.Dic amabo.⸿ Cura & cogita.iperantis uerba: nā cura & cogitatiōe:ut qdā legūt.⸿ Nihil noui.nolo inqt aliqd noui cogites:aut cures.⸿ Sed illud idem quod initio scripsit.s.ne te auferant aliorum consilia:& huiusmodi superius dicta.⸿ Tecum loquere.eūdem sensum cum superioribus per diuersa uerba.Consilium.quia nemo ita fauebat reipubli.ut ipse Curio.

ASC. ❡SEMpiternæ laudi.i.ad ppetuā laudē.⸿ Et hortor te.ut gubernes oia:& sup.ut moderere.i. tēperes oīa prudentia tua:ne cōsilia alioꝝ:pserti Cæ.& Pō.auferāt te.s.a recto tramite iustitiæ & curæ reip.⸿ Nēo ē q possit suadere tibi sapiētius te ipo.i.q̄ tu ipe.⸿ Tu nūq̄ labere.i.cades i errorē aut turpe facinus:si audies te.i.seq̄ris iudiciū tuū.⸿ Ego nō scribo hoc temere.i.icōsulte:uideo.i.aiaduerto cui scribā.⸿ Ego noui aium:& noui cōsiliū tuū:nō uereor ne facias qd.i.aliqd timide.s.ne pecces per timorē:ut faciūt q sciūt qd faciēdū sit:sed faciūt qđ potētioribꝰ placet:& sup.ne facias qd.i.aliqd stulte:ut faciūt iprudētes:q cū bn̄ facē uelit nesciūt:si defendes ea q̄ ipe.i.tu senties eē recta.⸿ Tu uides pfecto q nō icideris.s.casu fortuito:i id.s. tā turbulētū tps reip.cū.s.resp.ē i piculo ne opp̄maẛ.sed ueneris.i.spōte te imiseris.⸿ Enī p qa:tu ɔtulisti tribūatū tuū i ipm discrimē.i.piculū reꝝ:i quo.i.discerniẛ qs reꝝ potiaẛ:iudicio tuo.i.dedita opa: n̄ casu.⸿ Ego nō dubito qn cogites:q̄ta uis.i.uiolētia aut ptās tpr̄ū.s.piculosoꝝ.cū resp. ad paucorū gubernationem lapsura uideaẛ:& q̄ta ueritas reꝝ sup.sit:q̄.i.q̄tū icerti exitꝰ:q̄.i.q̄tū flexibiles.i.mutabiles sup.sint uolūtates oīum: qd isidiarū &

Ambo qd uānitatis.i.mēdacii & falsitatis sup.sit i uita.s.hūana:aut eoꝝ quos tpe nouit.⸿ Sʒ amabo te:blādiēdi uerbū:qđ cū casum regat lʒ blāde ponaẛ uerbū māet & accētū suū retiet:cura & cogita nihil noui:sed illđ idē qđ scripsi initio.⸿ Loq̄re tecū.i.cū iudicio tuo:adhibe te i ɔsiliū:audi te.i.obedi tibi:obtēpa.i.acq̄esce tibi:sub.aliqs q possit meliꝰ q̄ tu dare ɔsiliū alteri nō pt inueniri facile:uero.i.sed:certe nēo dabit tibi meliꝰ.s.ɔsiliū:repete q̄ tu.⸿ Dii.i.o dii imortales: cur ego n̄ adsū.

❡Spectator

¶SPEctator.inspectator:cognitor:spectamus.n.q̄ sunt uoluptati:unde & spectacula laudũ:uirtutũ:uel reuera cõmendationũ:q̃s ex tribunatu tuo adipisceris. ¶ Particeps.cõicator:uel passiue.i.cui tu participares cõsilia tua. ¶ Socius.in laboribus. ¶ Minister.suggestor. ¶ Hoc.s.habere consilia. ¶ Minime deest.q̄a per te multũ sapis. ¶ Vis.n.uehementia:potestas. ¶ Iuuare.auxilio esse. ¶ Cõsilio.meo. ¶ Alias.alio tempore. ¶ Paucis diebus.i.intra paucos dies. ¶ Domesticos.pprios meos:nã erant tabellarii publici. ¶ Tabellarios.nuncios:qui lr̃as deferunt a tabellis ferendis. ¶ Vt qm̃.ordo est:ut unis lr̃is res gestas totius æstatis ad senatum perscriberẽ:qm̃ sane fœliciter &c̃. ¶ Fœliciter.psp̃ere:quia uictoriam habuerat aduersus parthos. ¶ Ex mea sententia.scd̃m uota & optata mea. ¶ Gessimus.in hac prouincia. ¶ Vnis lr̃is.una epistola. ¶ Totius æstatis.quas una æstate gessi:tunc enim tempus est gerendi belli. ¶ De sacerdotio.sacerdotes oẽs a sacris dicti: ut uoluit Varro.Erant aũt sacerdotũ uaria genera:alii enim pontifices a posse:& facere:scd̃m Scæuolã dicti:uel ut maluit Varro a ponte:q̄a sublicius pons ab his factus primum & restitutus sæpe:erant aũt & maximi pontifices & minores:pontificibus uero:teste Macro.erat pmissa potestas memoria reg̃ gestag̃ in tabulas conferẽdi:& hos annales appellaot maximos: quasi a pontificibus maximis factos:unde & Virgi.ait ex persona Æneæ Pontificis maximi.Et uacet aonales nrõg̃ audire laborum:ex aliis sacerdotibus alii appellantur flamines diales:alii Martiales:& demq̃ ab eo deo cui essent sacrati nomen accipiebant.Igitur Curio aliquod sacerdotium opera & fauore Cic.de quo nunc scribit Ci.se multum laborasse. ¶ Difficili.quia fortasse multos aduersantes haberet. ¶ Mi Cur.incipit ei blandiri. ¶ Incredibili.maxima. ¶ Singulari.egregia & incõparabili. ¶ Oro.plus est in sensu:q̃ rogo. ¶ Ne patiare.ne sinas:ne permittas. ¶ Molestiam prouincialem.quam in hac prouincia capio.Ostendit enim se inuitum illic esse. ¶ Prorogari.idest differri. ¶ Egi tecum.rogaui te:locutus sum tecum. ¶ Præsens.coram:cum essem Romæ.

VBE.
Spectacula
Sacerdotes
Oro
Rogo

spectaror laudum tuarum:uel particeps:uel socius:uel minister cõsilioꝝ:tametsi hoc mime tibi deest:sed tamen efficeret magnitudo & uis amoris mei:cõsilio te ut possem iuuare.Scribam ad te plura alias.Paucis enim diebus.eram missurus domesticos tabellarios:ut qm̃ sane fœliciter:& ex mea sentẽtia rempu.gessimus:unis litteris totius æstatis res gestas ad senatum perscriberẽ.De sacerdotio tuo quã tam curã adhibuerim:quãq̃ difficili ĩ re atq̃ causa cognosces ex his literis:quas Thrasoni liberto tuo dedi.Te mi Curio pro tua in me incredibili beniuolẽtia:meaq̃ itẽ in te singulari:rogo atq̃ oro:ne patiare mihi quicquã ad hanc ꝓuincialem molestiam tẽporis prorogari.Præsens tecum egi cũ te tri.ple.isto anno fore nõ putarẽ.Itaq̃ petiui sæpius p lr̃as:

¶SPEctator.qui inspicerem laudes tuas:quas ex tribunatu consequeris.Spectare enim ad oia refert:sed ꝓprie ad uoluptatẽ pertinet:unde spectacula nuncupant. ¶ Tametsi hoc tibi minime deest.qm̃ per te sapis:& potes omnia:& omnes laudum tuarum spectatores esse poterunt. ¶ Tabellarios.litterag̃ latores.In ceratis enim tabulis scribebat antiquitus:unde tabellæ pro lr̃is dicebant:& tabellæ pro testamẽto.Iuuena.Signatæ tabulæ dictum fœliciter. ¶ Ex mea sentẽtia.ut uolui:nam parthos superauerat. ¶ Remp.gessimus.cõmodum reip.fecimus:ad euitandã arrogãtiam numero plurali est usus.Tribus enim modis plurali pro singulari numero uti possumus.Ad magnificẽtiam stili.Luca.Bella per æmathios plusquã ciuilia campos.Iusq̃ datum sceleri canimus.Ad exprimẽdam indignationẽ.Virg.Moriemur inultæ:sed moriamus ait.Et ad humilitatẽ ostendẽdam.Ci.Non spe moti uenimus ad scribendum. ¶ Vnis.nominibus adhæresit plurali numero tantũmodo declinatis:ut arma:lr̃æ. ¶ Res gestas.in administratione magr̃atus:& ad rempu.pertinentibus:inq̃ rebus publicis:ac maioribus:& ad plurimos etiã spectantibus:& maxime in re militari res gestas dicim⁹. ¶ Totius æstatis.quas tota æstate gesseram. ¶ De sacerdotio tuo.hanc sacerdotii dignitatẽ Curio affectabat:p ea uero impetraoda Cicero non mediocriter laborauit.Ex patribus enim:ut de huius dignitatis origine aliquid dicamus:Numa secũdus a Romulo martium.M.Fa.Pontificem primum elegit:eiq̃ sacra:ut inquit Liuius:oia exscripta:exignataq̃ attribuit.Quatuor exinde ex gente patricia:totidem ex plebeia pontifices cõstituti sunt:quoꝝ unus dicebat maximus:qui solus tẽplo Vestæ Palladiq̃ custodiæ una cum sacerdote maxima præsidebat:& eius auctoritate omnia sacra regebantur.Huic autem sacrorum rex suppositus erat:ne regis appellatione regiã dignitatem iuaderet: a quibus sacra ꝑmũ fuisse constituta maoifestum est.Quod tamen ne penitus ab hoium memoria extingueretur:unus tantum sacerdos post reges exactos a repu.institutus est:qui rex sacroꝝ sacrificulusq̃ diceretur.Et qm̃ erant uaria sacerdotum genera:Flamines/Diales/Martiales/Quirinales/Salii:Pontifices minores:Pontifices maximi:reges sacroꝝ:sacrificuli:& qui etiã Cybeles sacra facerent:qui Galli dicebantur:& quidam alii.Nõ ausim dicere quodnam sacerdotium ex his omnibus Curio appetebat.Satis est exponere q̃d sacerdotium cupiebat:pro quo Cicero adipiscendo diligenter operã dedit. ¶ Difficili.propter competitores. ¶ Te mi Curio.ad rem suam accẽdit:rogatq̃ Curionem:det operã:ut exacto tpe magistratus:quem tunc in cilicia gerebat:ne sibi prorogetur imperium:sed ad constitutam diem redire possit in urbe Romam.Libentius enim manebit in urbe sine magistratu:q̃ cum magistratu extra urbem:quod & in ea demonstrauit epistola.Vrbem mi Ruffe cole:& in ista luce uiue. ¶ Mi curio.Suauitatem quandam dicendi & uim amoris ostendimus.quãdo huiusmodi appellationes inserimus.Mi Curio:mi Marcelle:mi Ruffe. ¶ Molestiam.quam in hac prouincia patior:cum inuitus illic esset. ¶ Præsens.a minori ad maius. ¶ Prorogari.in longum & ultra constitutum tempus deduci.

PHI.
Specto
Spectaculum
tabellæ
Res gestæ

¶VEL spectator laudum tuarum:uel particeps:uel socius:uel minister consiliorum:tametsi:idest q̃q̃:hoc scilicet habere ministrum consilioꝝ:minime deest tibi:sed tñ.i.nihilominus:magnitudo & uis.i.abundantia amoris mei:efficeret ut possem iuuare te cõsilio. ¶ Ego scribam alias.i.alio tpe:plura ad te:enim:idest quia supple cum hæc scriberem: missurus eram:paucis diebus.s.post:hoc est post paucos dies:tabellarios domesticos:idest qui perferunt tabellas: & litteras domesticas:non publicas:ut qm̃ gessimus rempu.sane:idest multum fœliciter:& ex sententia mea: idest ex uoto meo perscriberem ad senatum res gestas totius æstatis unis litteris. ¶ Tu cognosces ex iis litteris quas dedi:scilicet ad te Thrasoni liberto tuo:idest a te manomisso & libertate donato:quantam curam ego adhibuerim de sacerdotio tuo:idest quod me intercessore consequi sperasti:& in q̃:idest quãtũ difficili re atq̃ causa. ¶ O mi Curio: ego rogo atq̃ oro te:pro tua incredibili beneuolentia in me:& pro mea singulari beneuolentia in te:ne patiare quicq̃ temporis prorogari: idest prolongari & extendi mihi:ad hanc molestiam prouincialem:idest regendæ prouinciæ. ¶ Ego præsens:idest cũ essem tecum Romæ:cum non putarem te fore:idest futurum tribunum plebis isto anno:egi tecum:& petiui sæpius per litteras:ita scilicet ut non patiaris mihi prouinciam prorogari.

ASC.

VBE. ¶ SED tū. ostendit hāc suam petitionem maiorē habere uim debere: qa ante petiuerat a Cu. tanq̄ senatore solum: nūc uero a Cu. etiam tribuno. ¶ Fore. quia nōdum erat facta mētio aliq̄ de tribunatu suo. ¶ Adolescēte. iuuene. ¶ Gratiosissimo. ualde grato & accepto. ¶ A tri. pl. q. d. a magr̄atu: qui nūc per te ipsum potes: qđ ante per alios erat faciendū: & primo gn̄aliter dixit a tribuno pp supradictam cām: q plus hr̄ et auctoritatis q̄ ante: deinde subdit. ¶ Et a Cu. q. d. q totus es meus: quē nihil mihi negare decet: & q poteris qtū uoles. Magna. n. uis est in noie ꝓprio. q. d. nona quo uis tribuno hoc peto: sed ab eo q potest. ¶ Nō. subaudi peto. ¶ Aliqd noui. i. præ hoc meo ꝓcōsulatu: uel imperio. ¶ Quod. decernere aliquid noui. ¶ Difficilius. qa difficilius aliqd noui deliberatur pro aliquo in magr̄atu: q̄ seruat̃ id qđ fuerat ei ꝓmissum. ¶ Sed. s. peto. ¶ Vt ne. p ne. i. nō. ¶ Decernat̃ qd noui. i. ut senatus nihil omnino decernat de hoc meo imperio: nisi ut q̄ cōditiōe ꝓfectus sum in ꝓuinciā: eadē mihi seruet̃: qđ declarat dicēs. ¶ Sed. peto. ¶ Senatuscōsultū. quo mihi decreta fuerat ꝓuincia tantū in annū. ¶ Et leges. qbus cauet̃: ut finito anno magistratui detur successor. ¶ Cōditio. cōuētio: ea. n. conditione fuerat in prouincia: ut post annum inde discederet. ¶ Maneat. constet: seruetur. ut Virg. æneidos. ij. Tu mō ꝓmissis maneas. i. nō discedas a ꝓmissis.

sed tū quasi a senatore nobilissimo, tū adolescēte ēt gratiosissimo: nūc a tri. pl. & a Curi. tri. nō ut decernat̃ aliqd noui: qđ solet eē difficilius: sed ut ne qd noui decernat̃. Et ut senatuscōsultū & leges defendas: eaq; mihi conditio maneat qua profectus sum. Hoc te uehemēter etiam atq; etiam rogo. Vale.

PHI. ¶ SED tum. s. egi tecum: & locutus sum de hac re mea: qn̄ nō eras tribunus plæ. sed certe senator nobilissimus: & adolescens gratiosissimus. Nūc uero cū hæc eadē a te peto: es trib. plæ. q multo magis hāc rem mihi cōficere poteris. ¶ Nūc a trib. pl. omnes codices: quos ego hactenus uidi hunc locū mendosum habent: dicitq; nunc a tyranno Pu. Lentulo: est aūt hoc modo legendum. Nunc a tribuno pl. & a Curione tribuno: nec tyrannus pro tribuno ponitur. ¶ Et a Curionē tribuno. non diuersam personam dicit: sed eandē: & sic dicit a Curione tanquam ab eo qui totus esset ipsius Ci. & proprium nomen artificiose posuit in exaggeratione quadā: & tanq̄ ab eo tribuno diceret hoc se petere: qui plurimū posset in repu. ¶ Quod solet esse difficilius: ut aliqd noui & ꝑter patrium morē decernat̃: qđ tūc fieret: si tp̄s Ciceroni progaret̃. ¶ Sed ut ne qd noui decernat̃. qđ a cōtrario sensu solet esse facilius: ut finito anno e ꝓuincia decedat. ¶ Vt senatuscōsultū. quo decretū est per annum hoc mihi. ¶ Et leges defendas. qbus cauet̃: ne quis ultra cōstitutum tp̄s in magistratu manere possit. ¶ Qua profectus sum. hac. n. cōditione & lege in ꝓuinciam iuerat: ut finito anno e ꝓuicia decederet. Legēdus sane cōditio sine. c. Distat. n. cōditio atq; cōdictio: a cōdicēdo. n. cōdictio nascit̃: quæ ꝓnunciationē quandam: & actionē significat: a condendo uero conditio deriuatur: quæ pro fortuna & forte: & quasi electione: & cōuentione quadam accipitur. Caue referas ad naturam: nā nō moris est: sed fortunæ. Itaq; male dicunt quidam bonæ aut malæ conditionis quēpiam: si ad naturā referūt. ¶ At si ad fortunam optime dicunt bonæ: aut malæ: paruæ: aut magnæ cōditionis hominem: ut aut pauper sit: aut diues: & hmōi: quæ fortunæ sunt: non naturæ: ut apud Liuium multis in locis legimus conditiones pacis oblatas. In quo etiā animaduertendū: q qui offerunt cōditionem nunq̄ aliis uerbis ferme q̄ istis utuntur: fero: pono: offero cōditionē: q uero cōditionē accipiūt: nunq̄ alio uerbo: q̄ accipio. Sic Teren. de Glycerio: accepit cōditionē. Et Liuius: cōditionē acceperunt. Verū si mentis qualitatē significare uoluerimus: nō conditionē dicemus: sed naturam: aut ingenium: ut bonæ: aut malæ naturæ: benigni: aut maligni ingenii adolescens. ¶ Maneat. seruetur: firma sit.

Conditio

Condictio

ASC. ¶ SED petiui sup. tū. i. tunc q̄si a senatore. i. patricio nobilissimo: & adulescēte ēt gratiosissimo. i. pleno maximæ gr̄æ: nunc sup. peto a tribuno ple. & a Curione. q. d. potētissimo & prudētissimo & amicissimo tribuno: non sup. peto ut aliqd noui decernatur. s. per senatuscōsultum: qđ. s. decernere aliqd noui solet esse difficilius: sed ut neqd noui decernat̃: qualis esset progatio imperii: q̄ sine nouo decreto non fieret: ut defendas senatuscōsultum & leges. s. uetantes ultra ꝓscriptū tempus ꝓuinciam tenere: & ea conditio: qua profectus sum. s. ut expleto tp̄e legitimo redeā domū: maneat mihi. ¶ Ego rogo te hoc uehementer: etiam atq; etiā. i. frequenter. Vt cōmentarii dicunt: sed nō declarant: minus est in rogando q̄ in orando. Rogare. n. est ꝓprie disqrere an uelis facere: & ita precari ut facias: si ita uideat̃. Orare uero est quasi oratorio more precari & implorare. Quia ergo parū est per se rogare: addit uehementer & etiam atq; etiam.

VBE. QVid tu. Ci. in Ciliciā ꝓficiscens mādauerat Cælio Ruf. ut ad eum de statu reipu. sæpe scriberet in quo ut ei satisfaceret Cælius scripserat q̄cunq; ēt minutissima agebant̃. Itaq; scribit nūc Ci. se nō expectare ab eo q̄ quotidie sunt: q̄ a multis aliis scribi poterunt: sed expectare q̄ putant̃ futura tanq̄ ab hoīe prudētissimo & reipu. peritissimo. Id aūt dicit Ci. qa iā multo ante olfaciebat discordiā ciusdem: dissensionē inter Cæ. & Pō. quo cū dicit se multū locutū: & ab eo secreta itellexisse: de rep. q̄ lr̄is nō sunt cōmittēda: affirmat tn̄ eū bene de rep. sentire: hortat̃ itaq; Cæliū ut ei adhæreat: & eū sequat̃. Postremo rogat ipm Cælium: ut det opam ne tp̄s ꝓuinciæ ei proget̃: qa cupiebat finito anno magr̄atus Romā redire. ¶ Quid. modus est familiariter corripiēdi: & est sensus: cū ego mādaui tibi ut ad me sæpe scriberes: qd existimas me mādasse tibi: ut ēt ea scriberes: q̄ priuata fiūt. ¶ Quid. deest uerbū: & subauditur uel dicis uel respondes. ¶ Mādasse: cōmissionem dedisse: nam mandata ꝓprie uerbis fiunt. ¶ Cōpositiones. ꝓprie dixit: hoc est cōparationes & cōiunctiones: nam alter contra alterū gladiatorum eligebatur: ut pares pugnarent: & illa talis cōparatio appellabat̃ compositio: quia uidebatur ad comparationem poni. Hora. in sermonibus Rupilii & Persi par pugnat: uti nō compositus melius cum Bitho bacchius. ¶ Vadimonia. fideiussiones. ¶ Dilata. a prætore. Iuue. Differt uadimonia prætor. Vadari est fide iubere: ide uades fideiussores: ut uoluit Festus: qui dantur in re capitali: inueniūtur tamen & pro cuiuslibet fideiussoribus. ¶ Chresti. raptoris cuiusdā nomen proprium. ¶ Compilationes. furta: rapinas: a pilis telis Romanorū: nō autem a pilis uellendis: quæ dictio corripit primam syllabam: compilo autem producit. Hora. in sermonibus. Ne me compilasse putes Crispini scrinia Lippi. Dicuntur autem compilare milites: qui occisis hostibus in bello tollunt insignia. ¶ Mitteres. scilicet litteris.

¶ ET afferre rationem cur negarent: potius: idest libentius: non responderunt huic rationi meæ: ipsi tñ reuerterunt eodem die ad me: & supple dederunt. i. permiserunt: aut concesserūt mihi hoc: ut esses in Gallia quod uelles: & sup. se præstaturos: dicit ergo utrū ꝙ præstaturus: & præstiturus; te nihil offensionis habiturum sup. esse: ex ea re. ¶ Quando: idest quoniam: tu cognouisti: quid permittatur tibi: puto oportere te scire quid p aceat mihi: his rebus actis: idest postquam hæ res essent actæ: litteræ sunt redditæ mihi a te: idest quæ missæ erant a te: quibus petis consilium a me: ꝙ sim tibi auctor: idest approbator: & consultor: ne. i. an: subsidas: idest locum manendi capias in Sicilia prouincia: an ut proficiscare ad reliqas negociationis Asiaticæ: idest q̄ in Asia obeunda susceperas. ¶ Hæc deliberatio tua non est uisa mihi conuenire cum oratione: idest sermone Largi. ¶ Ille enim locutus erat mecum ita: quasi non liceret tibi commorari diutius in Sicilia: tu autem deliberas ita: quasi concessum sit tibi. ¶ Sed siue hoc: scilicet quod tu innuisti: siue illud quod Largus dixit est: ego censeo commorandum tibi in Sicilia. ¶ Nam supple propinquitas locorum adiuuat: uel ad impetrandum scilicet reditum: crebris litteris: & nunciis: uel ad celeritatem reditus: re aut impetrata: aut confecta: idest transacta: quod spero: aliqua ratione ¶ Quā obrem censeo magnopere commorandum: supple esse: in sicilia. ¶ Ego commendabo te diligentissime Tito Furfano Posthumio familiari meo: & legatis eius: item: idest similiter: familiaribus meis: cum uenerint: scilicet in urbem. ¶ Erant enim: scilicet cum hæc scriberem: omnes Mutinæ: idest in ea urbe Italiæ non longe a Bononia: uiri sunt optimi: & studiosi similium tibi: ingeniosi: & necessarii mei: idest mihi necessitate coniuncti. ¶ Ego faciam mea sponte: idest etiam non rogatus a te: ea quæ arbitrabor pertinere ad te. ¶ Si ego ignorabo quid: idest aliquid: scilicet pertinens ad te: ego admonitus: idest cum fuero admonitus: uincam: idest superabo: studia omnium. ¶ Ego & si loquar cum Tito Furfano: scilicet Posthumio de te: coram: idest in præsentia eius: ut nihil opus sit tibi litteris meis ad eum: tamen quoniam placuit tuis: scilicet necessariis: & amicis: habere litteras meas: quas redderes ei: ego gessi ita his: scilicet tuis morem: idest illis obsecutus sum: exemplum earum litterarum est scriptum infra: idest id quod sequitur.

Præstaturus

VBE. CVm Aulo. Hac epl'a Ci. cōmendat. T. Furfano Cæcinam: ostendens causam eē sibi iustissimæ cōmendationis & ex amicitia: quæ sibi fuit cū eius patre uiro claro: & ex consuetudine: & familiaritate. quā cū eo habuerit usq; a puentia: & postremo rōne cōmuniō studiorum. Itaq; rogat Ci. T. Furfanum: ut ad id: qd' sua spōte esset facturus erga Cæcinnā: tantus cumulus accedat eius cōmendatione: quāti scit se fieri ab ipso Furfano: id esse fore sibi gratissimum. ⸿ Consuetudo. conuersatio. ⸿ Et spem. rhetorice de puero spem dixit: non autem facta. ⸿ Eloquentiæ. in eo futuræ. ⸿ Probitatis. uirtutis. ⸿ Studiis communibus. literarum: quibus ambo operam damus. ⸿ Attinet. opus est. ⸿ Necesse est. pro amicitia: quæ mihi cum eo ē. ⸿ Salutem. uitam: incolumitatē eius Cæcinnæ. ⸿ Fortunas. res: pr̄i: monū. ⸿ Tueri. defendere. ⸿ Reliquū est. restat. ⸿ Bonorum. ciuium. ⸿ Fortuna. statu: conditione. ⸿ Sentires: iudicares: quia cognoui te existimare indignum eē bonos uiros aduersa fortuna uexari. ⸿ Voluntatem. beneficiendi Cæcinnæ. ⸿ Cumulus. augmētū. ⸿ Accedat. adiūgat. ⸿ Quāti. i. quāti me facis: & quātum me amas: tanto plus cā mea augeas uoluntatē: quā per teipsum. ⸿ Habiturus eēs. erga ipsum bene dispositum.

M.T.C.T. Furfano procōsuli. S.D.



CVm Aulo Cæcina tanta mihi familiaritas cōsuetudoq; semp fuit, ut nulla maior esse possit. Nam & patre eius claro homine, & forti uiro plurimū usi sumus, & hūc a puero, q & spē magnā mihi afferebat summæ probitatis, summæq; eloquentiæ, & uiuebat mecū cōiunctissime, nō solum officiis amicitiæ: sed etiam studiis cōibus: sic semper dilexi, ut nullo cū homine cōiunctius uiuerem. Nihil attinet me plura scribere: q mihi necesse est: eius salutē: & fortunas quibuscūq; rebus possim tueri: ut uides. Reliquū est, ut cum cognorim pluribus reb⁹: qd tu, & de bonoȝ fortūa, & de reipublicæ calamitatib⁹. sentires, nihil a te petam, nisi ut ad eam uoluntatem, quā tua sponte erga Cæcinnam habiturus esses: tantus cumulus accedat commēdatione mea, quanti me a te fieri intelligo. Hoc mihi facere gratius nihil potes. Vale.

ASC CVm. A. &c. Commendatio est: quā in fine superioris epistolæ promisit. ⸿ Ordo est. Tanta familiaritas: & cōsuetudo fuit mihi semper cum Aulo Cæcinna: ut nulla possit eē maior. ⸿ Nam nos usi sumus plurimum patre eius homine claro: & uiro forti: & semp dilexi a puero: hunc. s. Aulum: q. i. quia: &. i. simul: afferebat mihi spē summæ probitatis: & summæ eloquentiæ: &. i. simul: uiuebat mecum coniunctissime: non solū officiis amicitiæ: sed etiam studiis communibus. s. eloquētiæ: & postea auguralis scientiæ: sic inquam dilexi: ut cum nullo homine uiuerem cōiunctius. ⸿ Nihil attinet. s. ad rem: me scribere plura: q necesse est mihi tueri. i. ꝓtegere: salutē: & fortunas eius: quibuscūq; reb⁹ possim: ut uides. ⸿ Reliquum est: ut cū. i. postq: cognori. i. cognouerim pluribus rebus: qd tu sentires de fortuna bonorum. s. uirorū: & de calamitatibus reipu. nihil petam a te: nisi ut tantus cumulus accedat cōmendatione mea ad eā uoluntatē: quā habiturus es tua spōte erga Cæcinā: quāti ego intelligo me fieri: idest æstimari a te: quasi dicat quicquid pro me facturus sis ꝓ illo facias. ⸿ Nihil gratius potes facere mihi: q hoc. i. habere Cæcinnam tibi q commendatissimum.

VBE. EGo. Trebati⁹ ciuis romanus eadē cā: qua Marcellus: Sulpitius: Figulus: & plerīq; alii: & p̄ria: & fortunis suis carebat: ꝓhibebat aūt eo magis a Cæsare redire in patriā: qa non statim discessera a bello Pō. sed diutiꝰ ꝑseuerauerat: licet semper maluisset pacem: q bellū. Itaq; Ci. declarat q cupidꝰ sit satisfacere: & eius liberis quacūq; re possit. Deinde dicit: qd' si posset tm̄ gr̄a: & auctoritate: quantum deberet posse in ea p̄ria: de qua est optime meritus: non passus eēt Trebatium diutius carere p̄ria: & fortunis suis: pollicet aūt: qcquid pōt apud Cæsarē: & eius familiares. Postremo excusat quare antea ad eum non scripserit qd' neq; putabat eū cōsolandū: q fortiter: & sapienter ferret fortunā: neq; erat qd' polliceret: quod nūc se hr̄e dicit. ⸿ Sū testis mihi. i. scio. ⸿ Quāti faciā. qui existimem. ⸿ Vel casus potius. correctio. q. d. quodā casu: & infortunio potius cōmoratus es in bellis ciuilibus: q cōsilio: qd' dolui. ⸿ Euentus. hæc mala fortuna. ⸿ Quod. quia: & est declaratio huius euentus. ⸿ Æquū. iustū: & debitū. ⸿ Recipes. recuperares. ⸿ Minori curæ. minori molestiæ. ⸿ Quā fuerit casus mei tibi. i. q fuerit tibi īfortunia mea: cū iniuste eiectus sum e p̄ria. ⸿ Posthumulēto & Sextio. hi oēs amici erāt Trebatio: qb⁹ Ci. apuit: quo aīo eēt in ipm Trebatiū. ⸿ Proxime. nuprime. ⸿ Patefeci. me totū idicaui: oēm aīum meū apui: ut ita dixeri: pectus meū. ⸿ Singulis. oibus: ad unū: oibus separatim. ⸿ Satisfacere. officium meum p̄stare: facere qd' a me expectas.

M.T.C. Trebatio. S.D.



EGo quāti te faciā, sempq; fecerim, q̄ti me a te fieri itellexeri sum mihi ipse testis. Nam & cōsiliū tuū, uel casus potius diutius in armis ciuilibus commorandi: semper mihi magno dolori fuit. Et hic euentus q tardius: q̄ est æquum, & q̄ ego uellem: reciperes fortunam, & dignitatem tuā: mihi non minori curæ est, q̄ tibi semper fuerint casus mei. Itaq; & posthumulento: & Sextio: & sæpissime Attico nostro, proxime Theudæ liberto tuo me totum patefeci: & hæc his singulis sæpe dixi: quacunq; re possem me tibi: & liberis tuis satisfacere cuperes

ASC. EGo q̄ti &c. Trebatius ciuis Roman⁹ egregi⁹: ob eādē cām: ob quā Marcel. Sulpi. Figulus: Cæcina: & plerīq; alii patria: & fortunis suis carebāt: urbe, exulabat: a qua ꝓhibebat eo magis: q uicto Pōpeio eius cām non deseuerat. Hūc Ci. docet: q̄ti cupidus sit: & satisfaciēdi: & eius liberis subueniēdi: pollicetq; se ꝑ eo iter cessurū: purgās q non prius scripserit. ⸿ Ordo ē. Ego ipe sum mihi testis: q̄ti faciā te: & sp feceri: & q̄ti itellexeri me fieri a te. ⸿ Nā & cōsilium tuū: uel potius casus manēdi sp. s. post uictū Pō. i armis: fuit mihi magno dolori: & hic euētus. i. inopiatus exitus: q recepis fortunā: & dignitatē tuā tardius: q̄ æquū. i. iustū est: & q̄ ego uellē: est mihi non minori curæ. q̄ casus mei. i. ærumnæ meæ fuerint tibi sp. ⸿ Itaq. i. & ita: ego patefeci me totum. i. aperui penitus animum meū: Postumulento: & Sextio: & sæpissime Attico nostro. s. intimo amico: & ꝓxime. i. diebus proxime p̄teritis: Theudæ liberto tuo. i. a te libertate donato: & dixi sæpe his singulis hæc me cupere satisfacere tibi: & liberis tuis: quacunq; re possem.

¶ ID.s. me cupere satisfacere tibi: & tuis liberis: quacūq; re possim. ¶ Hæc. scilicet quæ sequunť: operā: fidē: &c. ¶ Quę VBB.
in potestate mea sunt. quæ possum pęstare. ¶ Parata. elegāter per neutrū genus adiectiuum respondeť pluribus substā
tiuis unius uel diuersi generis: ut hic: & Salusti⁹ i Iugurthio. Plerosq; uelocitas: & regio hostib⁹ ignara tutata sunt: & mul
tis aliis locis inuenitur similis constructio. ¶ Ita meritus sum. propter immortalia mea in ea beneficia. ¶ Is. talis. ¶ Q al.
qualis. ¶ Cum. &c. ¶ Tum. maxime. ¶ Ordinis. senatorii. ¶ Princeps. primus. ¶ Eadem cā. defendēdæ prīæ. ¶ Ce
cidit. ex gradu dignitatis suæ delapsus est. ¶ Illa. quæ supra scripsi: operam: consilium: rem: fidē. ¶ Ex aliqua parte. nō

idq; tu ad tuos uelim scribas. Hæc quidē certe: quæ in potestate mea sunt, ut operam, studium, consilium rem, fidem meam: sibi ad omnes casus parata putēt. Si auctoritate: & gratia tantum possem: quantum in ea republica: de qua ita meritus sum posse deberem: tu quoq; is esses: qui fuisti cum omni gradu amplissimo dignissimus: tum facile ordīs tui certe priceps. Sed quoniam eodem tempore: eademq; de causa nostrorum uterq; cecidit: tibi & illa polliceor: quæ supra scripsi, quæ sunt adhuc mea: & ea, quæ præter ea uideor mihi ex aliqua parte retinere: tanq; ex reliqis pristinæ dignitatis. Neq; enim ipse Cæsar: ut multis rebus intelligere potui, est alienus a nobis: & omnes fere familiarissimi eius casu deuincti magnis meis ueteribus officiis, me diligenter obseruant & colūt. Itaq; si quis erit mihi aditus de tuis fortunis: id est de tua incolumitate, in qua sunt omnia agenda: quod quidem quotidie magis ex eorum sermonibus adducor: ut sperem, agam per me ipse: & moliar. Singula persequi non est necesse. Vniuersum studium meum & beniuolentiam ad te defero. Sed magni mea interest, hoc tuos omnes scire: quod tuis literis fieri pōt, ut intelliganr oia Cicerōis patere Trebatio. Hoc eo pertinet: ut nihil existimēt eē tam difficile, quod nō pro te mihi susceptū iucundum sit futurū. Antea misissem ad te literas, si genus scribēdi inenirē. Tali. n. tēpore, aut cōsolari amicorū est, aut polliceri. cōsolatione nō utebar, qđ ex multis audiebā, q̄ fortiter sapienterq; ferres iniuriā temporum: q̄q; te ueheméter cōsolaretur cōscietia factorū & cōsilioꝝ tuorū. Qyod quidē si facis, magnū fructū studiorum optimorum

integre neq; plene i potestate mea. ¶ Ex reliquiis pristinæ dignitatis. i. ex his: quæ mihi de pristina dignitate sunt relicta. ¶ Pristinæ: prioris: solitę. ¶ Neq;. n. arguit a persona Cæ. a qua dicit nō esse a se alienum. ¶ Deuincti. astricti: obligati. ¶ Casu. quia eis præstiteram bñficia nulla tali intentiōe & cā. ¶ Obseruant. respiciunt: reuerētur. ¶ Si quis aditus erit. si potero ipsum adire: & alloq. ¶ Incolumitate. salute: ut restituať tibi & patria: & pristina dignitas. ¶ Quod. quā rem: ut pro tua incolumitate agā. ¶ Adducor. persuadeor. ¶ Per me. mea sponte. ¶ Et moliar. i. eniter & oībus uiribus utar: ordo est: itaq; si quis aditus erit mihi ipse agam per me: & moliar de tuis fortunis. i. de tua incolumitate: in qua sunt oia agenda: qđ quidem: ut sperē adducor magis ex sermonibus eorū. ¶ Persequi. dicere. ¶ Singula. pro te facturus sum. ¶ Vniuersū stu. totam diligētiā: & fauorem meum. Defero ad te. tibi attribuo. ¶ Interest. n. magni. est momenti: multum ad me attinet. ¶ Quod. s. omnes tuos scire. ¶ Pōt fi. literis tuis. si tu ad eos scripseris. ¶ Patere. exposita eē parata. ¶ Eo. i. ad id. ¶ Tam dif. tam graue: & laboriosum. ¶ Pro te. cā tui. ¶ Antea. excusat se Ci. q; antea nō scripserit. ¶ Genus. argumentum: materiam. ¶ Inuenirem. pro inuenissem. ¶ Tali tempore: tam misero: eadē snia Ci. lib. iiii. ad. P. Nigidiū epistola: q̄ incipit. Quærēti mihi. ¶ Polliceri. pmittere aliqđ auxiliū. ¶ Iniuriā temporū. fortunā aduersam: quā fers his tpibus: quibus Cæ. plurimū pōt: & oia sub potestate sua tenet: q̄. n. uel bene uel male fiunt: iterdū tpibus ascribuntur. ¶ Conscientia. usitatissima cōsolatio Ci. ad oēs amicos: ad quos scribit in calamitatibus positos. ¶ Quod si facis. ut cōscientia tuorum: & factoꝝ & consiliorum te consoletur.

¶ ET uelim sup. ut tu scribas id ad tuos: ut putēt quidem. i. saltem: hæc certe. i. indubitāter: quæ sunt i potestate mea: utpote: operam: studium: consilium: rē. i. diuitias: fidem meā: esse supple paratā sibi ad omnes res. ¶ Si ego possem auctoritate: & gratia tātum: quātum deberem posse in ea republi. scilicet Romana: de qua sum meritus: ita: idest tam egregie: tu quoq; esses is: qui: idest talis qualis fuisti: cum scilicet ita esset: q; esses: aut q; es: dignissimus omni gradu amplissimo: tū certe supple esses: aut dignissimus es: qui esses facile princeps tui ordinis: scilicet senatorii: aut potius iurisperitoruꝫ. ¶ Sed quoniam: aut quādo: idest quoniā: uterq; nostrum cecidit eodem tempore: & eadem de causa: ego polliceor tibi: & illa quæ scripsi supra: operam: studium: consilium: rem: fidem: quæ sunt adhuc mea. i. mihi non erepta: & ea: quæ uideor præter ea retinere ex aliqua parte: tanquā ex reliquiis dignitatis pristinæ. ¶ Neq; enim ipse Cæsar: ut potui intelligere multis rebus: est alienus a nobis: & oēs fere familiarissimi eius: ubi rursus omnis cū superlatiuo: quasi deuincti: idest obligati: magnis meis officiis ueteribus: ubi duo adiectiua: sine coniunctione media: obseruant: scilicet ne offendant: & colunt diligenter me. ¶ Itaq; si quis aditus erit mihi: scilicet ad Cæsarē: ipse agam: & moliar: idest cum difficultate nitar: per me: idest sine intercessore: & precatore: de fortunis tuis: idest de incolumitate: idest salute tua: in qua: scilicet incolumitate tua: omnia sunt agēda. ¶ Nō est necesse persequi singula: ego defero ad te: idest in potestatem: aut utilitatem tuam: uniuersum studium meum: & beniuolentiam: scilicet meam. ¶ Sed magni interest mea: idest i te mea est: omnes tuos: scilicet familiares: & amicos: scilicet hoc scilicet quod: omnia defero ad te: quod: idest quæ res: potest fieri tuis literis: ut intelligant omnia: idest omnes facultates Ciceronis patere Trebatio. ¶ Hoc scilicet dictum: pertinet eo: idest ad id: ut supple tui nihil existiment esse: tam difficile: quod non sit futurum iucundum mihi susceptum: idest si fuerit pro te. ¶ Ego misissem antea literas ad te: si inuenirem genus scribendi. ¶ Enim: idest quia: aut consolari est amicorum: idest pertinet ad amicos. tali tempore: scilicet tam calamitoso: aut polliceri: scilicet opem: aut operam: & gratiam. ¶ Ego non utebar consolatione: scilicet tui: hoc est non sum te consolatus: q; audiebam ex multis: q̄: idest quantum fortiter: & sapienter ferres: idest portares: & patereris iniuriam temporum: quamque: idest & quam uehementer: conscientia factorum: & consiliorum tuorum: scilicet rectorum consolaretur te. ¶ Quod quidem si facis: idest cōsolationem rectorum consiliorum. & factorum recipis.

Omnia
Nota

VBE. ¶ CApis fructũ.colligis & accipis magnũ fructũ ex studiis literarũ:quibus operã dedisti:quæ nihil aliud pcipiũt: q̃ res aduersas fortiter sapiẽterq; ferre. ¶ Etiã atq; ẽt.uehemẽter. ¶ Vt facias id:ut cõsolationẽ capias ex bona cõscia tua. ¶ Simul.ẽt & pterea:& est sensus:pterea hõi doctissimo:& rerũ:& exẽplorũ:ego:q nõ sum oĩno rudis:sed fortasse mĩ * uersat⁹ ĩ eis:q̃ uellẽ:polliceor & affirmo istã acerbitatẽ:& iuiuriã:quã nũc pateris nõ fore diuturnã. ¶ Rerũ.q̃s uidisti. ¶ Exẽplorũ.quæ maxime sunt demonstratiua rerũ:& plurimũ ualẽt ad imitationẽ:sic ad Sulpitiũ:cuius epistola:in li.iiii. nec.n. clarorũ:quorũ similes esse debemus exẽpla:neq; doctissimorũ:quos sp coluisti:pcepta fugiũt. ¶ Ipse. Cæ. ¶ Delabi.descẽdere. ¶ Ad naturã rerũ.q̃ tpe ipo maturant & quotidie meliores fiũt. ¶ Ipsa cã.quã secuti sum⁹. ¶ Reuiuiscat.resuscitet:quasi iã mortua:ẽ aũt trãslatio sũpta ab aĩalibus. ¶ Leuius.mitius. ¶ Quã timeba.i.q̃ id:qd timebamus. ¶ Paruis iclinatiõibus tporũ:paruis mutationibus tporũ:qa breui tpe hõ mutaẽ. ¶ Momẽta.puncta Persius:Momento tpis exit Seruus Dama. ¶ Obseruabimus.i.diligẽter inspiciemus:qd in singulas horas muteẽ:& fiat. ¶ Leuãdi.minuẽdi tibi labores. ¶ Locũ.occasionẽ:opportũitatẽ. ¶ Illud al.s. pollicẽdi aliquid. ¶ Proclinius.pnius:magis aptũ: qa cũ hæc sit natura Cæ.quã dixit:& rerũ quotidie:ut spero:magis potero polliceri. ¶ Id.s.quid possũ polliceri. ¶ Re.effectu. ¶ Quã uer.i.libentius faciã: q̃ dicã. ¶ Tu uelim.hortat ipm Trebatiũ: ut sibi psuadeat se pluris amicos hr̃e:q̃ alios oẽs:q sunt uel fuerit i tali casu. Est aũt mos ita dicẽdi eis:quos uolumus cõsolari:ẽt si ita nõ sit. ¶ Quãtũ.p inquãtũ. ¶ Et me cõce.s.uelim existimes iter tot amicos:me neminẽ eorũ eẽ iferiorẽ. ¶ Quod.s.hr̃e aium fortẽ:& magnũ. ¶ Est i te uno.ẽ positũ in te solo:qa ẽ ex bonis aĩ. ¶ Quæ sũt in for.q̃ sunt ex bonis externis:utputa:qd restituaris:& recipias dignitatẽ tuã. ¶ Tẽporibus.q̃ solent mitigare res oẽs. ¶ Cõsiliis nr̃is.quibus utemur:ut reb⁹ tuis prouideamus.

Reuiuiscit

capis, ĩ qbus te scio semp eẽ uersatũ. Idq; ut facias ẽt atq; ẽt hortor. Simul & illud tibi hoĩ peritissimo rerũ & exẽplorũ:& oĩs uetustatis, ne ipse qdẽ rudis, sed in studio minus fortasse q̃ uellẽ:& i reb⁹ atq; usu plus ẽt q̃ uellẽ uersat⁹, spõdeo tibi acerbitatẽ istã & iniuriã nõ diuturnã fore. Nã & ipse q plurimũ põt quotidie mihi delabi ad æqtatẽ:& ad rerũ naturã uĩ:& ipsa cã ea est:ut iã simul cũ repu.quæ in perpetuũ iacere nõ põt necessario reuiuiscat, atq; recreetur, quotidieq; aliqd fit leuius & liberalius q̃ timebamus. Quæ qm̃ ĩ tporũ inclinationibus sæpe paruis posita sunt oĩa momẽta obseruabimus:neq; ullũ prætermittemus tui iuuãdi & leuãdi locũ. Itaq; illud alterũ qd dixi literarũ genus quotidie mihi:ut spero, fiet pclinius, ut etiam polliceri possim. Id re:q̃ uerbis faciã libẽtius. Tu uelim existimes, & plures te amicos habere, q̃ qui i isto casu sint ac fuerit, quãtũ qdẽ ego intelligere potueri & me concedere eorũ nemini. Fortẽ fac animũ hẽas & magnũ:qd est in uno te, q sunt in fortuna temporibus regẽtur, & cõsiliis nostris prouidebũtur. Vale.

ASC. ¶ TV capis magnũ fructũ.i. utilitatẽ studiorũ optiorũ:qbus ita faciũdum didicisti:i qb⁹.s.optimis studiis ego scio te eẽ uersatũ semp:idq;.i.& id:& hortor te ẽt atq; ẽt:ut facias id.i.magnũ fructum sic capias. ¶ Simul ipse neqdem.i.nõ ẽt:rudis.i.minus exercit⁹: sed eruditus.& satis tritus:sed minus.i. rarius in studio: fortasse q̃ uellem:& uersatus in rebus:atq; usu:fortasse ẽt plus:q̃ uellem:spõdeo tibi homini pitissimo rerũ: & exẽplorũ: & oĩs uetustatis:istã acerbitatẽ:& iniuriã nõ fore diuturnam:nam & ipse Cæ. q põt plurimũ:uĩ mihi delabi quotidie ad æquitatẽ:& ad naturã rerum:quæ bonis bene eẽ uult:& ipsa cã.s. exilii est ea.i.talis:ut reuiuiscat:atq; recreetur necessario iã cũ rep.quæ nõ põt iacere in perpetuum:& aliquid fit quotidie leuius:& liberalius:q̃ timebamus.s.a Cæsare faciẽdum eẽ. ¶ Quæ.s.leuia:& liberalia:qm̃ posita sunt:sæpe in paruis inclinatiõibus.i.ut dicitur:in influẽtiis tporum. Vñ Iuuena. Plus etenim fati ualet hora benigni: Quã si te Veneris cõmendet epistola Marti. Ad hoc aũt tẽpestiuos Cæsaris aditus putaẽ alluisse Vir.in.iiii. Æneí.cũ ad Annã dicit Dido de Ænea: Sola uiri molles aditus:& tẽpora noras:nos obseruabimus oĩa momẽta:neq; ptermittemus ullũ locũ.i.opportunitatẽ:iuuãdi:& leuãdi te. ¶ Itaq; illud alterũ genus lrarũ:quod dixi.s.quo polliceamur auxiliũ:duo enim pposuit: alterũ:quo cõsolamur:alterũ quo pollicemur opẽ i fiet mihi ut spero quotidie pclinius .i.facilius: ut possim ẽt polliceri. ¶ Sed sup.ego faciã:id qd.s.qñ in eo genere:hoc est auxilia bor libentius re: q̃ uerbis. ¶ Velim sup.ut tu existimes:&.i.simul: te hr̃e plures amicos:q̃ qui sint ac fuerit in isto casu.s.i quo tu es:hoc est in exilio:aut metu pp fauorẽ Põpeio præstitũ:qdem.i.certe:q̃tum ego potuerim itelligere:& existimes me concedere.i.locum dare tanq̃ uictum:hoc est succumbere nemini eorũ. ¶ Fac sup. ut habeam animũ fortẽ:& magnũ; qd.s.habere animum fortem:& magnũ:est in te uno .i.in potestate tua solius:ea quæ sunt in fortuna.i.potestate fortunæ regentur temporibus:& prouidebuntur consiliis nostris. Vale.

VBE. DOlobellã. Cũ fauoř:& itercessiõe Dolobellæ apd Cæ. Trebati⁹ obtinuisset reditũ i patriã Ci.ita sibi hãc rẽ gratã eẽ õndit:ut se ẽi Dolobel.obligatũ dicat:cuius opa id impetrauerit. Deide ei gratulaẽ:& hortaẽ:ut obliuiscaẽ eorũ:q amisit. Postrẽo dicit se gaudere ea eẽ grata Treba.q̃ p eo fecit. ¶ Obligatus.qa nullũ i me bñficium cõtulerat. ¶ Nec.n.hoc subiũxit Ci.ne uidereẽ nõ eẽ obligatus Dolobel.ei⁹ culpa:sed qd nõ acciderat Ci.ut op⁹ eẽt ei⁹ opa.& offõ. ¶ Opus eẽ.s. eius. ¶ Bñficio. in me. ¶ Debebat.erat obligat⁹. ¶ Ei⁹ picu.cũ eũ defendi bis:ut li.iii.epi.q̃ icipit. Cũ ẽ ad nos allatũ.illd uero pmirũ accidit tã tã temeritatẽ fuisse in eo adolescẽte:cuius ego salutem duobus captis iudiciis summa cõtentione defendi:licet eo loco alii alium intelligant. ¶ Deuinctus.astrictus. ¶ Tanto.tam magno.

M.T.C.Trebatio.S.D.

DOlobellam antea tantummodo diligebam, obligatus ei nihil erã. Nec enim acciderat mihi opus eẽ:& ille mihi debebat: q nõ defuerã eius piculis. Nũc tãto sũ deuictus eius bñficio,

ASC. DOlobellã &c. Cũ p intercessionẽ Dolobel. q iuito Ci. ptes. Cæ. secut⁹ fuerat: Trebati⁹ reditũ i urbẽ obtinuisset: dicit Ci. sibi gratũ eẽ:gratulaẽq; Treba. monẽs eũ:ut amissorũ obliuiscat: ac demũ dicit se gaudere qd grata eẽnt Treba.q̃ p eo fecerat. ¶ Ordo ẽ. Ego diligebã tñmõ.i. dũtaxat:qd minus ẽ q̃ amasse Dolobe.s. generũ Ci.qd i.qa nihil erã obligat⁹ ei:nec.n. acciderat mihi eẽ opus.s. auxilio illi⁹:& ille.s.Dolobel. debebat mihi:qd.i.qa nõ defuerã:immo auxilio aderam:periculis eius. ¶ Nunc sum deuictus.i.obligatus tanto beneficio eius.

¶ Quod.quia

¶ QVOD. qa: & est cū obligationis: qa & alias in re: & nūc in salute Trebatii fecit ipse Dolobella: qd' Ci. optauit. ¶ Satisfecit mihi. rndit uolūtati meæ. ¶ Cumulatissime: plenissime: ita ut nihil desit. ¶ Vt. subaudi ita ut. ¶ Gratulor. gaudeo cū tua. ¶ Malim. potius uelim. ¶ Alterū non desydero. s. te agere gratias mihi. ¶ Alterū facere potes. s. gratulari mihi. ¶ Quod reliquū est. qd' restat. ¶ Dignitas & uirtus. i. qm̄ pp uirtutē & dignitatē tuā est concessus tibi reditus ad tuos. ¶ Qn. quoniā. ¶ Est tuæ sapientiæ. pertinet ad sapientiā tuā. ¶ Quid recuperaris: qa plus recuperasti q̄ amisisti. ¶ Viues. ecce qd' recuperauit. ¶ Quæ. dignitas. ¶ Si resp. eēt ulla. i. si haberet aliquē statū. ¶ Nestorius. pprīū uiri. ¶ Agere gr̄as. q in rebus tuis fuerim diligētissimus. ¶ Prædicatio tua: cōmēdatio tua de me: quod p̄dices & apte fatearis me fuisse in rebus tuis pmptissimū. ¶ Facile patior. permitto libēter &: ut ita dicā: sum contentus. ¶ Syronē. hic fuit epicureæ sectæ philosophus: præceptor ¶ Virgilii: ut ondit Seruius in Bucco. ¶ Maxime pbata esse. maxime placere & laudari. VBE.

quod & antea in re: & in hoc tempore i salute tua cumulatissime mihi satisfecit: ut nemini plus debeam. Qua in te gratulor tibi ita uehemēter: ut te quoq; mihi gratulari q̄ gratias agere malim: alterum non omnino desydero: alterū uero facere poteris. Quod reliquum est: quando tibi uirtus & dignitas tua reditum ad tuos aperuit: est tuæ sapiētiæ magnitudinisq; animi: quid amiseris obliuisci: quid recuperaris cogitare. Viues cum tuis, uiues nobiscum, plus acquisisti dignitatis q̄ amisisti rei familiaris: quæ ipsa tum esset iucundior, si ulla res esset publi. Nestorius noster familiaris ad me scripsit te maximas gr̄as agere. Hæc p̄dicatio tua mihi ualde gratia est, eaq; te uti facile patior, cum apud alios, tum me Hecule apud Syronem nostrum amicum. Quæ enim facimus, cuiq; prudentissimo maxime probata esse uolumus. Te cupio uidere quamprimum. Vale.

¶ QVod. i. qa: ipse satisfecit mihi cumulatissime: & . i. simul: antea in re. s. tua seruāda: & hoc tpe i salute tua sup. ita ut nemini debeā plus. s. q̄ ipsi dēo: licet aliis ēt debeā. ¶ In qua re. s. in salutis tuæ receptiōe: ego gratulor tibi ita uehementer: ut malim te quoq; gratulari mihi ob rē lætam: quæ mihi in salute tua ɔtigit: q̄ agere gratias: q per generū meū contigit: qa nō desydero oīno alterū. s. te agere gratias mihi: & tu possis facere uere alterum. s. gratulari mihi ob uerum gaudium quod cōtigit. ¶ Quod reliquum est. i. quantum: ad hoc quod adhuc restat: qn̄. i. quādo quidē: uirtus & dignitas tua: aperuit tibi reditū ad tuos: est sapientiæ tuæ: & magnitudinis animi. i. pertinet ad sapientiam tuam & magnitudinē animi: obliuisci quid amiseris: & cogitare quid recupaueris. ¶ Tu uiues cū tuis: uiues nobiscum: tu acquisiuisti plus dignitatis: q̄ amisisti rei familiaris: q̄ ipsa res. s. familiaris: eēt m̄ iucūdior si ulla resp. esset. ¶ Nestorius familiaris noster scripsit ad me: te agere mihi maximas gratias. ¶ Hæc p̄dicatio tua. s. de meritis meis in te: est mihi ualde grata: & patior facile. i. libēter fero uti ea. i. eiusmodi re: cū. s. ita fit: q apud alios: tū me hercule: apud Syronē amicū nostrū. ¶ Enim. i. qa: nos uolumus ea q̄ facimus esse probata. i. approbata maxime cuiq; prudētissimo. i. omni ualde prudenti. ¶ Ego cupio uidere te quamprimum. ASC.

M. T. C. Appio Balbo. S. D.

GRatulor tibi mi Balbe, uereq; gratulor, nec sum tam stultus, ut te usura falsi gaudii frui uelim, deinde frangi repente, atq; ita cadere: ut nulla res te ad æquitatē animi postea possit extollere. Egi tuam causam apertius q̄ tempora ferebant. Vincebatur enim fortuna ipsa debilitate gratiæ nostræ: tui charitate: & meo ppetuo erga te amore culto a te diligentissime. Oia promissa cōfirmata,

GRatulor. Balb⁹ hic ad quē nūc Ci. scribit: alius est ab eo de quo ultima epistola ad Cæcinā mentionē facit: ille enim amicissimus Cæs. & eius uices in multis rebus gerebat. hic autem cum Pompeianas partes secutus iam diu exulasset, a patria: tandem reditum a Cæsare impetrauit: intercedentibus Pāsa: Hircio: Oppio: & Balbo: & quibusdā aliis familiaribus Cæsaris: simul cum Cicerone: licet nondum esset impetratæ literæ restitutionis in patriā. Itaq; Cicero ei gratulatur primū: deinde ostendit: q̄ aperte egerit eius causam contra temporum conditionem. Postea uero dicit quare Cæsar non statim concesserit literas restitutiōis: quas quidem affirmasse dicit Pansa se celeriter allaturū. Deinde astendit eū semper fuisse magni animi: ut significet ita ēt nūc eē oportere: licet subdat ea tali consolatione potius alio tpe opus fuisse q̄ nunc. ¶ Vere. i. ex uera causa: propter impetratam pmissionē Cæsaris de restitutione tua. ¶ Stultus. insipiens. ¶ Vt te usura. i. ut te uelim in falsum gaudiū cōiicere. Falsum enim gaudiū dr̄: cū sine iusta causa gaudemus. ¶ Frui. fructum: & uoluptatē capere. ¶ Vsura. usu. ¶ Deinde. postq̄ usus fueris falso gaudio. ¶ Frangi. rumpi: ubi cognoueris gaudium esse falsum. ¶ Cadere. prosterni. ¶ Vt nulla res possit extollere ad æquitatē. qa qui cognoscit se semel falso gauisum esse: non facile potest postea erigi: ut æquo aīo ferat quæ accidunt. ¶ Extollere. erigere. ¶ Æquitatē. moderationē. ¶ Apertius. promptius. ¶ Mea tempora. quæ non erāt satis fœlicia: quia carebant dignitate: gratia: & auctoritate solita. ¶ Ferebant. exigebant. ¶ Tuā cām. restitutionis tuæ. ¶ Vincebat. ratio quare apertius egerit eius cām q̄ sua tēpora ferebāt: & est sensus: fortuna debilis gratiæ meæ uincebat a charitate tua: & beniuolentia mea erga te: ita ut plus cogeret facere q̄ posset. ¶ Fortuna. s. mala. ¶ Gratiæ debilitate. i. iminutæ. ¶ Caritate tui. i. beniuolentia tua in me. ¶ Culto. obseruato. ¶ Promissa. a Cæsare. VBE. Falsum gaudiū

GRatulor &c. Scribit ad Balbū: nō quidē eum de quo ultima in epistola ad Cæcinnā meminit: utpote: q Cæsaris ptes secutus fuerat: sed ad alteꝝ alienū a Cæsare: exulantē prius: nūc aūt restitutū pr̄iæ: q̄q̄ literas restitutionis nondū haberet. Gratulaturq; ei de restōne: docēs qūo contra tēporis qualitatē pro eo orauerit. & cur literæ restitutiōis dilatæ sint. ¶ Ordo est. O mi Balbe: ego gratulor tibi: & gratulor uere. i. ob uerā cām: nec sum tā stultus: ut uelim te frui usura. i. fructu imodico: falsi gaudii: deinde. i. postq̄ perceperis te deceptū: te frāgi repēte: atq; cadere ita: ut nulla res possit extollere te postea ad æquitatē animi. ¶ Ego egi cām tuam apertius q̄ tempora. s. periculosa: ferebant idest expōscebant aut patiebantur. ¶ Enim. i. quia: ipsa fortuna uincebatur debilitate gratiæ nostræ. Alii legunt debilitatæ: ut sit participium genitiui casus sic. fortuna gratiæ nostræ debilitate uincebatur charitate tui. i. quāquā debilis erat mihi gratia: tamen propter charitatē tui ipsa resumpsit uires: & amore meo ppetuo erga te: culto diligētissime a te. ¶ Oia quæ pertineant ad reditum & salutem tuam sunt promissa: confirmata. ASC.

VBE. ℭ CERta.indubitata.⸿ Rata.firma:stabilita.⸿ Reditũ.in p̃triam.⸿ Salutẽ.incolumitatẽ.⸿ Cognoui.itellexi:ẽ ãt ar
ticulus.⸿ Opportũe.cõmode.⸿ Implicatos.alligatos:astrictos.⸿ Cũ ab illo discesserint.modus est dicendi.i.post illũ:
utitur autẽ interdũ Ci.ẽt alio loco,hoc genere dicẽdi.⸿ Ab illo.s.Cæ.⸿ Proximũ.i.me ament post Cæ.nullo alĩ me po
Proximus sito:pximus.n.dr̃:cui nullus iterponit.⸿ Pansa:Hircius.hi oẽs quos enumerat in textu erant familiarissimi Cæ.& apd
eũ plurimũ poterãt:a qbus Ci.dicit se uehemẽter amari.⸿ Ita faciunt ut me &c.i.me unice diligũt. Est ẽt genus dicendi
ornate:ego faciã:ut te plurimum amem.i.plurimũ amabo:faciã:ut tibi pmisi.i.pdero.⸿ Quod.dicit Ci.se tñ fecisse pro
Balbo:q̃ si pro salute sua efficiendũ fuisset:nõ uidere
tur sibi parũ ita fecisse:sicut fecit p Balbo.⸿ Nõ pœ.
niteret.nõ pa℞ uideret. Teren.q̃tũ hi operis fiat me
Pœnitet pœnitet. Virg. Nec te pœniteat calamo triuisse label
lũ.⸿ Pro rõne tporũ.i.secũdũ cõsiderationẽ:& cõdi
tionẽ tẽpo℞.⸿ Esse molitũ.i.fecisse:nã moliri iter cæ
Moliri tera facere significat. Vir. Molirique morã.⸿ Nihil est
inseruitũ.nullũ cõmodũ tibi factũ: nulla opera tibi p̃,
stita.⸿ Necessitudines.amicitiæ:cõiunctiones.⸿ In
tercedũt.sunt.⸿ Cum his oĩbus.Pansa:Hircio:& cæ
teris supra memoratis.⸿ Agere de te.tuam cãm tra
Cymbri ctare.⸿ Cymber.alias est nomẽ gentis.Sũt.n.Cym
bri populi Galliæ:quos Marius apud aquas sextinas
uicit.Idẽ auctore Appiano in libro qui Illyrius inscri
Celtæ Galatę bitur:Celtæ dicti sũt a Celto filio Polyphemi:& Ga
latæ:alii tñ malũt a claritudine dictos:hic autẽ Cym
ber pprium est uiri.⸿ Satisfecit.functus ẽ officio suo:fe
citq̃ q̃ ab eo expectabã.⸿ Valent tñ.hoc dicit Cæsa
rẽ moueri magis iustis p̃cibus amico℞:& ppinquo℞
alicuius:q̃ ambitiosis:& inanibus:sicut supra. A.Cæ
cina. Præterea cedit multo℞ illis & officio incẽsis:nõ
inanibus:aut ambitiosis uolũtatibus.⸿ Necessariæ.q̃
ex officio perueniunt.⸿ Quas.necessarias rogatões.
⸿ Quia Cymber habuit.erat enim ppinqu⁹ Balbi.
Diploma ⸿ Plus ualuit.p te.⸿ Diploma.pro literis restitutio,
nis ponit hic diploma:licet generaliter significet oẽs li
teras:a uerbo græco διπλόω.i. duplico: ũñ δίπλω
μα.duplicatio literæ:eo q̃ duplicent.⸿ Nõ est datũ.
nobis a Cæ.⸿ Mirifica.maxima.⸿ Veniam dari ti
bi.tibi indulgeri:tibi cõcedi reditũ.⸿ Quẽ.te.⸿ Ap
pellãt tubam.idest dicunt incitatorẽ belli ciuilis: nam
Tubæ usus tubæ usus incendẽdo℞ militũ gr̃a repertus creditur.
⸿ Quasi.tanq̃.⸿ Nõ gaudeant.cũ te uehemẽter læti
sint.⸿ Id bellũ.ciuile.⸿ Incidisse.euenisse.⸿ Quare
q̃obrẽ:quia multi erant qui moleste tulissent: si tibi p
literas concessus esset reditus.⸿ Occultius.secretius:
ne oẽs itelligerẽt de reditu tuo tibi pmisso.⸿ Diuul
gandũ.publica fama spargẽdũ.⸿ Esse perfectũ de te.i.iã esse ipetratum:quod de te uoluissemus.⸿ Id.ut diuulget̃ de
te esse perfectum.⸿ Perbreui.s.tẽpore:sed absolutũ est per se:ut perbreui ad te ueniã:subauditur tempore:quod tñ iter
dum additur a Ci.& ab aliis.⸿ Legente te.i.cũ habueris has literas in manibus & eas leges.⸿ Certus.fidelis:cui uere
est credendum.⸿ Recepit.promisit:suscepto hoc onere in se.

certa & rata sunt:quæ ad reditũ:& ad salutẽ tuã pertinẽt. Vidi,cognoui:interfui. Etenim oẽs Cæs. familiares satis opportune habeo implicitos consuetudine & beniuolẽtia:sic ut cũ ab illo discesserint,me proximum habeant. Hoc Pansa:Hircius,Balbus,Oppius,Marius,Posthumius plane ita faciunt,ut me unice diligant. Quod si mihi per me efficiẽdũ fuisset:nõ me pœniteret pro rõne tẽpo℞ ita esse molitũ. Sed nihil est a me inseruitũ tẽporis cã. Veteres mihi necessitudines cũ his oĩbus intercedũt:quibuscũ ego agere de te nõ destiti. Principẽ tñ habuimus Pansam tui studiosissimũ:mei cupidũ:qui ualet apud illũ nõ minus auctoritate q̃ gr̃a. Cymber aũt Tullius mihi plane satisfecit. Valent tñ apd̃ Cæsarẽ nõ tã ambitiosæ rogatiões q̃ necessariæ:quas quia Cymber habebat: plus ualuit:q̃ pro ullo alio ualet̃ potuisset. Diploma statim non est datũ:qđ mirifica est ĩprobitas in quibusdam:q tulissent acerbius ueniã tibi dari:quem illi appellant tubam belli ciuilis. Multaq̃ ita dñt,quasi nõ gaudeant id bellũ incidisse. Quare uisum est occultius agẽdũ,neq̃ ullo mõ diuulgandũ de re iam eẽ perfectũ. Sed id erit perbreui. Nec dubito qn legẽte te has literas confecta iam res futura sit. Pansa quidẽ mihi gratus hõ:& certus,non solum cõfirmauit, uerum etiã recepit perceleriter se ablatu℞ diploma.

ASC. ℭ CERta & rata.⸿ Ego uidi:cognoui:interfui.s.dũ tibi reditus cõcederetur.⸿ Etenim ego habeo satis opportũe: oẽs
familiares Cæsaris implicitos cõsuetudine.i.familiaritate:& beneuolẽtia sic ut cũ discesserint ab illo.s.Cæsare:habeant
me proximum.i.coniunctissimũ sibi.⸿ Pansa.Hircius:Balbus:Oppius:Marius:Posthumus:qui oẽs sunt Cæsaris ami
ci:faciunt hoc ita:ut diligant me unice.i.singulariter.⸿ Quod.i.factũ Pansæ:Hircii:Balbi:& cætero℞ pro te:si efficiẽdũ
fuisset mihi per me:idest quod dicunt in ppria persona. Vbertinus exponit pro me.i.pro salute mea:sed ueri textus ha
bent per me:nõ pœniteret me.i.non uideretur mihi parum esse molitum.i.q̃ essem molitus ita pro rõne temporum: q̃a
illis temporibus nõ erat opportunitas instandi:etiam siquis uelit urgentius anniti:sensus autem est:ita amicos illos pro
Nota Appio balbo intercessisse:ut si ipse Cicero ita fecisset cõtentus esse potuisset.⸿ Sed nihil est inseruitum a me tibi imper
sonale ablatiuum habet loco suppositum.i.nihil inseruiui:nec cuiquam supplex fui cã temporis:nam cõsuetudines uete
res:uidelicet ante ciuile bellum contractæ:intercedunt:idest sunt conciliatæ mihi cũ his oĩbus: quibuscũ.i.cum quibus
ego non dedisti agere de te:tamen nos habuimus Pansam principem.i.præcipuum:utpote studiosissimum tui:cupidum
mei:qui.s.Pansa ualet apud illum:uidelicet Cæsarem:non minus auctoritate q̃ gratia.⸿ Autem.i.sed:Cymber:uir ille
Tullius cognomento:satisfecit mihi plane.i.omnino.⸿ Tamen.i.nihilominus quis urgenter illi intercesserint: rogatio
nes ambitiosæ.i.ambitiose factæ:nõ ualẽt tã.i.tantũ:apud Cæsarẽ:q̃.i.quantũ :ualent rogationes necessariæ:quas.s.ro
gationes:q̃a Cymber habebat:ipse ualuit.s.pro te:plus q̃ potuisset ualere pro ullo alio.⸿ Diploma.i.duplũ acto℞:non
est datũ statim.s.post q̃ reditus tibi cõcessus est:q̃.i.q̃a:mira iprobitas est in quibusdam:qui tulissent acerbius.i. nimis
acerbe ueniã dari tibi:quẽ illi appellant tubam.i.buccinatorẽ & prouocatorẽ summũ belli ciuilis:& dicunt multa ita.i. in
detestationẽ belli ciuilis:quasi nõ gaudeant id bellum incidisse:cũ tñ in tanto honore non essent.⸿ Quare uisum ẽ : sup.
nobis tibi fauentibus:agendũ sup.eẽ occultius:neq̃ diuulgandũ esse ullo modo:sup.negociũ de te.i.de reditu tuo: eẽ iã
perfectũ:sed id.s.q̃ non diuulgabit:aut q̃ diuulgabit:utrunq̃.n.in idem reddit:erit perbreui:sup.tpe:nec dubito quin
te legente.i.cũ legebas has literas:res sit futura iam cõfecta.i.penitus trãsacta.⸿ Quidẽ.i.certe:Pansa hõ gratus mihi:
& certus:nõ solum confirmauit:uer℞ etiã recepit.i.promisit:& ad se onus accepit:se ablaturum.s.e manibus inuido℞
diploma.i.ut dixi:duplum instrumenti:quo continet̃ ueniam tibi datam esse: perceleriter.i.ualde cito.

ℭ Tamen:

TAmen. licet res adhuc oculte agat: & nõdũ allatũ sit diploma. Epulīæ. uxoris tuæ: cũ qua locutus sum. Minus firmũ. in ferenda iniuria & exilio isto. Quã lĩæ tuæ declarabant. i. q̃ scripseras ad nos. Appiæ. filiæ tuæ. Cũ a te abessent. i. eis remotis a te: multo maiori sollicitudine futuræ cũ illis p̃sentibus eẽs in magna. Leuãdi. minuẽdi. P̃ certis. quæ essent certa. i. ut sint certa: ita certa ad te p̃scribẽda putaui. Exploratam. certã: qui antea nõ habebã certã spem salutis tuæ sicuti nũc: sed ita scribebã: ut cõsolarer te. Nisi eam. s. spẽ salutis. Hic ardor. hoc incẽdiũ belli ciuilis. Eẽt extinctus. eẽt deletus: q̃a amoto bello uidebã sperare rẽp. allaturã salutẽ: & tibi & aliis bonis ciuibus. Recordare. redige memoriã. Animũ ma. quẽ nũc nõ seruare eũdẽ tibi turpe est. Quod. i. te habere talẽ aium. A primis tpibus. nã ut Macro. inquit: adeo a teneris cõsuescere multũ est. In discrimina. i. pericula: q̃bus es assuefactus ad labores ferendos. In hoc bellũ. ciuile. Victor beatus. i. ut nõ solum esses fortunatus uictor. Sed sapiens uictus. i. etiã uictus sapiẽter ferres fortunã: & in hoc oñderes sapiẽtiã tuã. Prodẽdis. tradẽdis. Mẽoriæ posteroꝝ. i. cũ scribas facta uirorũ fortiũ. Cõmittẽdũ. efficiẽdũ. Quãobrẽ. pp qd. Quos laudas. in tuis scriptis. Similẽ. fortẽ. sicut ipsi fuerũt. Quæ effugisti. quæ præteriet sũt: quibus indigebas cõfirmatione. Hæc ferenda. q̃ resp. nostra iacet: & oppressa sit. Vnũ. solũ. s. doctrina & literæ. i. doctrina lĩaꝝ. Modo. tantũmõ. Nunc. his tẽporibus aduersis. Etiã salutẽ. quia sine eis nõ possemus uiuere. Caue dubites. uide ne dubites. Caue enim negationẽ i se habet: ut Caue facias: idest uide ne facias. Potest etiam addi ne. Vale. VBE. Caue

Mihi tñ placuit hæc ad te p̃scribi. Minus. n. te firmũ sermo Epuliæ tuæ, lachrymæq; Appiæ declarabãt, q̃ significãt tuæ literæ. Atq; illæ arbitrant̃: cũ a te abessent ipsæ, multo i graujore cura te futurũ. Quare magnopere putaui angoris & doloris tui causa leuãdi p certis ad te ea quæ essent certa p̃scribi oportere. Scis me antea sic solitũ esse scribere ad te, magis ut cõsolarer forte & sapiẽtẽ uirũ: q̃ ut exploratã spẽ salutis ostẽderẽ, nisi eã quã ab ipsa repu. cũ hic ardor extinctus esset, sperari oportere cẽserem. Recordare tuas lĩas: q̃bus & magnũ aium mihi semp ostẽdisti: & ad oẽs casus ferendos cõstantẽ ac paratũ. Quod ego nõ mirabar, cũ recordarer te & a primis tpibus ætatis in rep. esse uersatũ: & tuos magr̃atus in ipsa discrimina incidisse salutis, fortunarumq; cõium: & in hoc ipm bellũ incidisse, nõ solũ uti uictor beat⁹: sed et ut si ita accidisset: uictus & sapiẽs esses. Deinde cum studium tuum cõsumas in uiroꝝ fortiũ factis memoriæ prodẽdis, cõsiderare debes, nihil tibi esse cõmittendum. Quamobrẽ eorum quos laudas: te nõ similem præbeas. Sed hæc oratio magis esset apta ad illa tempora: quæ iã effugisti. Nunc uero te tm̃ para ad hæc nobiscum ferẽda, quibus ego si quam medicinam inueni rem, tibi quoq; eandem traderẽ. Sed est unum profugium doctrinæ: & literæ: quibus semper usi fuimus. Quæ secundis rebus delectationem modo habere uidebãtur: nũc uero etiam salutem. Sed ut ad initiũ reuertar: caue dubites: qui omnia d̃ salute ac reditu tuo profecta sint. Vale.

TAmẽ placuit mihi hæc p̃perscribi ad te. Enim. i. q̃a: sermo Epuleiæ: alii legũt Epuliæ: tuæ. s. uxoris: & lachrymæ Appiæ. s. filiæ tuæ: declarabant te: sup. eẽ minus. i. nõ tã firmũ. i. forti aĩo ad ferendũ longum exiliũ: q̃. i. q̃rum: firmũ lĩæ tuæ sigñabant te eẽ: atq; illæ. s. uxor & filia: arbitrãtur: cũ ipsæ abessent a te: te futurũ i cura multo grauiore. Quare ego putaui magnopere oportere ea quæ essent certa prescribi ad te p certis. i. tanq̃ certa: cã angoris. i. angustiæ animi: & doloris tui leuãdi. i. minuẽdi. Tu scis me solitũ eẽ scribere antea ad te sicut magis cõsolarer uirũ fortẽ atq; sapientẽ: q̃ ut ostenderem spem salutis. s. tuæ: exploratã. i. certã: & cõpertam mihi: eã. s. spem: quã censerẽ oportere sperari ab ipsa rep. cum hic ardor. s. belli ciuilis: & irarum inde contractarũ esset extinctus. Recordare. i. reduc ad memoriam: literas tuas: q̃bus oñdisti mihi semper: &. i. simul: magnũ aium: &. i. simul cõstantẽ atq; paratũ ad oẽs casus ferẽdos: quod ego nõ mirabar cũ recordarer te: &. i. simul: esse uersatum a primis temporibus: ætatis. s. tuæ: in repu. &. i. simul magistratus tuos incidisse in ipsa discrimina. i. pericula: salutis: & fortunaꝝ cõmuniũ: & esse ingressum in hoc ipm bellũ: nõ solũ uti. i. ut: esses uictor beat⁹: sed etiam ut: si accidisset ita: esses uictus: &. hẽt: sapiẽs. i. sapiẽter laturus aduersitatẽ. Deinde cũ cõsumas studium tuum in factis uiroꝝ fortiũ prodendis memoriæ. i. in scribendis gestis uiroꝝ fortiũ: ut debes cõsiderare nihil eẽ cõmittendum tibi. quãobrem. i. ob quod non præbeas te: similẽ eoꝝ quos laudas. Hoc est fortium uiroꝝ. Sed hæc oratio esset magis apta ad illa tẽpora. s. ante recõciliationẽ: quæ effugisti. i. euasisti. & trãsegisti sine incõmodo. Vero. i. sed: para te: tunc tm̃ ad ferẽda. i. tolerãda nobiscũ hæc. s. incõmoda reip. oppressæ: quibus si ego inuenirẽ. i. inuenire possem: quã. i. aliquã: medicinã. i. aliquod remediũ: ego traderem: quoq;. i. etiam: tibi eandem. sed unum est profugium. s. a præsentibus miseriis doctrina ac literæ: q̃bus fuimus semper usi: q̃ uidebantur habere modo. i. solũmodo: delectationem: rebus secũdis. i. cũ res eẽnt prosperæ: uero. i. sed: uidenĩ nũc habere etiam salutẽ. Sed ut ego reuertar ad initiũ. i. ad id: quod in initio dixi: aut dicere institui: caue dubites quin omnia sint perfecta. i. plene trãsacta: & compromissa de salute ac reditu tuo. s. in urbem. Vale. ASC. Pro

M.T.C. Quin. Ligario. S.D.

ET si tali tuo tpe me, aut cõsolandi, aut iuuãdi tui causa scribere aliquid ad te pro amicitia nr̃a oportebat: tamẽ adhuc id nõ feci,

ET si tali. Quintum Ligarium ante bellorum ciuilium initia: eum. C. Confidio consule legat⁹ in Africam profectus est. Deinde Cõfidio ex prouincia discedente. Ligarius prouinciæ præfuit. Postea uero inter Cæsarem: & Pompeium ciuilibus discordiis: & bellis: Ligarius nullo negocio se implicuit: sed arrepto imperio prouinciæ a Publio Varo. prætore: Ligarius in ipsa prouincia ex necessitate permansit: ad quam cum. L. Tubero iusto sibi imperio a senatu dato uenisset: prohibitus est a Quin. Ligario: ut ipse Tubero asserebat: qui postea ad Pompeium in Macedo. se contulit: sed postea restituto. L. Tuberone in patriam. Qu. T. L. filius apud Cæsa. Liga. accusauit: q̃ contra eum in Africa fuisset: ob quam causam Ligari. exilio mulctabatur: eius tamẽ fratribus Romæ manentibus: ita Cice. hac epistola excusat tarditatem suarum ad eum literarum: quam ideo fuisse di- VBE.

eit: non uidebat quo pacto posset lenire eius dolorem. Sed postea q̃ cœpta est haberi spes eius incolumitatis dicit se pa rasse aliquid ad eũ scribẽdum. Scribit igitur se perspicere Cæ. non futurum in eum diutius durum: aut acerbum: idq; ar guit ex eius natura: quam mitem esse dicit: & ex tempore ostendit se cum fratribus Ligarii ita fecisse apud Cæsarem: ut nihil sit q eum tributurum non speret: adducitq; rationes: quare tardius hoc fecerit: pollicetur autem omnem operã suã fratribus Ligarii pro eo. Postremo hortatur eum ut forti animo sit: & eum consolatur maxime & conscientia recte factorũ pro hoc Qu. Ligario extat orõ egregia Ci. qua eum defendit apud Cæsarem. ¶ Tali tempore. tam misero quo exulas a patria & a tuis. ¶ Non sed. i. non scripsi.

ASC. ET si tali &c. Scribit ad Quintũ Ligariũ: qui ante bella ciuilia cum Cõsidio cõsule in Africa legatus eius præfectus fuerat: & post consulis abitum prouinciæ præfectus fuerat: post bella exilio damnatus: fratribus eius in urbe ma nentibus. Eum itaq; docet cur tardius scripserit: pollicetur q; Cæsarem placatiorem futurum: & se intercessurum eidem: monens: ut forti sit aio. Extat autem Ciceronis pro hoc Ligario oratio. ¶ Ordo est. Etsi. i. q̃q̃ oportebat p nostra amicitia: idest propter nostram amicitiam: me scribere aliquid ad te tali tempore tuo: scilicet tam calamitoso: causa tui: aut consolandi: aut iuuandi: tamen ego non feci id adhuc.

VBE. ¶ QVIA. ratio quare nõ scripserit. ¶ Lenire. mitigare. ¶ Orõne. meis uerbis. ¶ Fore. futurũ eẽ. ¶ Haberemus. in patriã reciperemus. ¶ Sniam. opinionẽ: iudiciũ. ¶ Dies. tps. ¶ Opinio hoiũm. quã uidet erga se bonã. ¶ Mitiorẽ. molliorẽ: benigniorem. ¶ Quibus. familiarissimis eius. ¶ Ex eo tẽpore. post id tempus. ¶ Quorũ. fratrum tuorum. ¶ Virtute. fortitudine animi. ¶ Pietatem. incredibili in te affectu. ¶ Tantum profecit. tantum ualuit.

ASC. ¶ Quia neq; uidebar posse lenire: neq; leuare dolorẽ tuũ orõne. s. mea. ¶ Vero. i. sed: postea q̃ cœpi hře magnã spẽ: fore. i. futurũ esse: ut hẽremus te incolumẽ breui tpe: nõ potui facere qn declararẽ tibi & sniam: & uolũtatẽ meã. ¶ Igit ego scribã primũ qđ itelligo: & perspicio. i. deprehẽdo: Cæsarẽ nõ fo. i. nõ futurũ duriorẽ. s. q̃ est: aut multũ durum in te: nã & res. i. utilitas: & status reip: & dies. i. tpis plixitas: & opinio hominũ: qui cẽsent itã remittẽdã: & ut uidet mihi ẽi natura sua facit eũ. s. Cæsarẽ: mitiorẽ quotidie: & cum. s. ita sit: q sentio id: de reliquis. s. exulib⁹: tũ. i. multomagis est: q etiã audio ex familiarissimis eius. s. Cæsaris de te: qbus. s. familiarissimis eius: ego nõ destiti supplicare una cũ fratribus tuis: ex eo tẽpore. i. statim post illđ tps: quo nũcius. s. tuus: uenit primũ ex Africa: quorũ s. familiarissimorũ eius: quidẽ. i. certe: & uirtute: & pietate: & amor singularis i te: & assidua & perpetua. i. nõ itermissa cura salutis tuæ: pfecit tñ: ut nihil sit: qđ nõ existimẽ ipm Cæ. tributurũ: sup. eẽ tibi: & si. i. q̃uis q̃: sit tardius q̃ uolumus: quia: sup. magnis occupationib⁹. i. pp magnas occupatiões ei⁹. s. Cæsaris: a quo oia petũtur: aditus ad eũ fuerũt difficiliores: & simul: sup. fuit iratior. s. q̃ cæteris: cãæ africanæ. i. iis qui deuicto Põpeio bellũ in Africa reparauerũt: uiđ uelle habere solicitos diutius eos: a qbus putat se esse cõflictatũ molestiis diuturnioribus. ¶ Sed nos intelligim⁹ ipsum ferre hoc quotidie remissius: & placatius: q̃re: crede mihi: & manda memoriæ: me affirmasse tibi id. s. te nõ futurũ diutius. i. multũ diu: i istis molestiis. s. i qbus nũc es. ¶ Quãdo. i. qñ qdẽ: ego exposui qđ sentirẽ: declarabo potius re: q̃ orõne. i. q̃ uerbis: qđ uellẽ cã tua. i. pro utilitate tua. ¶ Etsi ego possem tm q̃tum debeã posse: ut tu existimas: i ea rep. de qua sum meritus ita. i. tã bene: ut parens patriæ primus meruerit appellari: ne quidẽ. i. nõ saltẽ: aut nõ ẽt tu eẽs in istis incõmodis. ¶ Enim. i. qa: eadẽ causa. s. fauor in rẽpubli. fregit opes meas: quæ adduxit salutẽ tuam in discrimẽ. i. in periculum. ¶ Sed tñ quicquid imago: q̃si dicat: aliud non restare: ueteris. i. pristinæ dignitatis meæ: & quicqd gratiæ reliquæ. i. quæ restant: adhuc ualebant: studium: consilium: opera: gratia: fides mea nullo loco deerit fratribus tuis optimis: scilicet in causa tua. ¶ Tu fac: sup. ut habeas fortem animum quẽ habuisti semper: primum ob eas causas quas scripsi: deinde q: idest quia tu uoluisti & sensisti semper de republi. ea: idest eiusmodi res: ut debeas non modo: idest non solum sperare secunda: idest prospera: sed etiam si omnia essent aduersa: tñ deberes ferre aio fortissimo: & maximo quæcunq; acciderent: conscientia: idest propter cõscientiam: & idest pariter: factorum & consiliorum tuorum. Vale.

quia neq; lenire uidebar oratione: neq; leuare posse dolorem tuum. Postea uero quam magnam spem habere cœpi, fore, ut te breui tempore incolumem haberemus: facere non potui, quin tibi: & sententiam & uoluntatẽ declararem meam. Primum igitur scribam quod intelligo: & perspicio non fore in te Cæsarem duriorem. Nam & res eũ quotidie, & dies: & opinio hominũ: & ut mihi uidetur: ẽt sua natura mitiorẽ facit. Idq; cum de reliquis sentio: tum de te etiã audio ex familiarissimis eius: quibus ex eo tẽpore: quo primum ex africa nuntius uenit supplicare una cum fratribus tuis nõ destiti. Quorum quidem & uirtute: & pietate: & amor in te singularis: & assidua & perpetua salutis tuæ cura tñ profecit, ut nihil sit, qđ nõ ipsum Cæsarem tributurum existimẽ: & si tardius fit q̃ uolumus: magnis occupationibus eius: a quo omnia petũtur: aditus ad eum difficiliores fuerunt, & si simul Africanæ causæ iratior, diuti⁹ uelle uidetur eos habere solicitos: a quibus se putat diuturnioribus eẽ molestiis conflictatum. Sed hoc ipsum intelligimus eum quotidie remissius & placatius ferre. Quare mihi crede & memoriæ mãda: me tibi id affirmasse te i istis molestiis diutius non futurum. Quãdo quid sentirem exposui: qd uellẽ tu a cã re potius declarabo q̃ oratione. Et si tantum possem quantum in ea rep. de qua ita meritus sum, ut tu existimas: posse debeã. ne tu quidẽ in istis incõmodis esses. Eadẽ. n. cã opes fregit meas: quæ tuã salutem in discrimen adduxit. Sed tamen quicquid imago ueteris meæ dignitatis: quicquid reliquæ grãæ ualebunt: studiũ, consiliũ, opa, grã, fides mea: nullo loco deerit tuis optimis frĩbus. Tu fac hẽas fortẽ aium, quẽ semp habuisti. Primũ ob eas cãs quas scripsi, deinde: q ea de rep. semp uoluisti atq; sensisti: ut nõ mõ secũda sperare debeas: sed ẽt si oia aduersa eẽnt: tñ conscientia & factorũ & consiliorũ tuorum quæcunq; acciderent: fortissimo: & maximo animo ferre deberes. Vale.

¶ Me scito

ME scito. Ostẽdit Ci. se diligẽter laborare p salute Ligarii: idq facet ex sua i eũ ueteri beniuolẽtia: & i eius fres. a qbus assidue dicit se rogari p eius salute. Deide declarat: q̃ spẽ & fiduciã de ei' reditu & icolumitate acceperit: ñ solũ ex uerbis Cæ. sed ẽt ex uultu: & multis aliis signis: & hortat: ut eũdẽ aium pstet reb' redactis i trãqlliorẽ locũ: quẽ aium pstitit reb' turbidissimis. ¶ Me scito. q. d. noli dubitare. ¶ Cõsumere. ponere. ¶ In tua salute. ut incolumis restituaris i priam. ¶ Cũ. copulatiua ẽ pticula: ut supra diximus: signat ãt &: sed minus signat q̃ id: & tõgit id i catiuo. ¶ Æq. tã. ¶ Atq. q̃. ¶ Patit. sinit: qa assidue me monet: ut oia p te agã q̃ debeo. ¶ Munus. onus. ¶ Malo. potius uolo. Honesti'. n. puto offm meũ ab aliis laudari: q̃ a meipso. ¶ Cõfidã. certũ habeã: & credã. ¶ Exploratũ. cognitũ. ¶ Nã si. ne uideat Ci. temet hęc spare de Ligario: dicit se eẽ timidũ in rebus magnis & piculosis: & sp magis timere aduersa q̃ spare scda: sed cũ audiuisset cæ. se cognouisse ex ei' uerbis: & multis aliis signis nihil eẽ dubitãdũ de salute ligarii. ¶ Aduersos. ifœlices. ¶ Exit'. fines. ¶ Is. s. timidus: & magis metuẽs aduersos exit' q̃ sperãs scdos. ¶ Hoc ti. i magnis rebus &c. ¶ Est ui. qa uit eẽ cõtra fortitudinem: q̃ a se amouet oẽm desperationẽ. ¶ Ego idẽ. qa sum timid' &c. ¶ Calẽ. interca. de rõne itercalationis Macro. i Satur. abũde scribit. Itaq nõ puto h̃ eẽ opus tã multa referre. Appellabat ãt mẽsis itercalari' siue itercalaris utrũq. n. dr: quo iterferebant dies: q deerãt ad cõplẽdũ annũ: diuersis qdẽ rõnib' diuerso tpe: ut idẽ Macro. oñdit. Is aũt mẽsis erat Februari': qm erat ultim' mẽsis anni: nõ tñ itercalabant i fine mẽsis: sed post uigesimũ & tertiũ terminalibus iã pactis: deide reliquos Februarii mẽsis dies q erãt qnq post itercalationem subiũgebãt uetere legationis suæ more: ut Februarium oino Marti' sequeret. Intercalares igit calẽdæ dñr calẽdæ mẽsis itercalaris. i. Februarii. Alii itelligũt ẽt appellatas calẽ. itercalares: calẽdas Martias: nõ q eo mẽse itercalarent dies. sed q eẽnt pxie dieb' itercalaris i. q statim seqrent itercalationẽ: qnq tñ diebus iterpositis: ut dixim'. Intercalariũ ãt mẽsem dr februariũ & Macro. ut oñdimus declarat: & Ascõius Pedianus his uerbis: Põ. iterrogatus a Seruio Sul. qnto calẽdas Martias itercalario mẽse cõsul creat' ẽistariq cõsulatũ fuit. ¶ Indignitatẽ. qa nõ habita ẽ maior rõ mei q̃ si fuissem minimus ciuis. ¶ Et mole. qa difficillimũ habui ad eũ aditũ. ¶ Iacerẽt. pstrati eẽnt: ut est mos supplicãtiũ: sic uisũ ẽ supra Seruiũ Sulp. de restõne Marcelli: & cũ Mar. se ad Cę. pedes abiecisset: &c. ¶ Tũ tps. cõditiõi tpis. ¶ Mollis. nõ acerba. ¶ Liberalis. benigna: & quæ ueniç se prõptã oñderet. ¶ Oculis. uel in qbus sæpe cognoscimus ai qlitatẽ: & irã uel placabilitatẽ. Iuue. Deprehendas ai tormẽta latẽtis i ęgro corpe: Dephendas & gaudia: sumit utrũq. Inde hitũ facies. ¶ Quã scri. qa nõ facile ẽ scribere oia signa uultus: & oculorũ. ¶ Opinionẽ spem. ¶ Et si. duæ ptes sunt. ¶ Turbidissima ifœlicissima: plena pturbationis. ¶ Trãqlliora læte feras. i. ut antea sapiẽt aio tulisti aduersa: ita nũc psperioribus lætare. ¶ Adero. fauebo: subuenĩã. ¶ Vt diffi. i. tãq̃ difficillimis: hoc est licet res tuæ factæ sint tranquilliores: nõ tñ minori cura & diligẽtia in eis utar: q̃ si eẽnt difficillimæ. VBE.

M.T.C.Q.Ligario.S.D.

ME scito oẽm meũ laborẽ, oẽm operã, studiũ curã, i tua salute cõsumere. Nã cũ te sp maxime dilexi: tũ fratrũ tuorũ quos æq atq te sũma beniuolentia sum cõplexus: singularis pietas amorq frñ' nullũ me patit' officii erga te: studiiq mun' aut tps prætermittet. Sed q faciã: fecerimq p te: ex illorũ te lris, q̃ ex meis malo cognoscere. Quid ãt sperẽ, aut cõfidã, & exploratũ hẽam de salute tua: id tibi a me declarari uolo. Nã si qsq ẽ timid' i magnis, piculosisq reb': spq magis aduersos rerũ exit' metuẽs q̃ spãs scdos, is ego sũ: & si hoc uitiũ ẽ, eo me ñ caret cõfiteor. Ego idẽ tñ cũ ad. ii. calẽ. itercalares põres: rogatu fratrũ tuorũ uenissem mane ad cæsa. atq oẽm adeũdi & cõueniẽdi illi' idignitatẽ, & molestiã ptulisse, cũ fres, & ppinq tui iacerẽt ad pedes, & ego esse locut', q̃ cã, q tps tũ postulabat, nõ solũ ex orone cæs. q̃ sane mollis & liberalis fuit: sed ẽt ex oculis & uultu: & mutis pterea signis: q̃ facilius potui perspicere, q̃ scribẽ, hãc i opinione discessi: ut mihi tua salus dubia nõ esset. Quãobrem fac aĩo magno fortiq sis: & si turbidissima sapienter ferebas: trãquilliora læte feras. Ego tñ tuis rebus sic adero, ut difficillimis: neq cæsa. solũ: sed ẽt amicis ei' oibus: quos mihi amicissimos eẽ cognoui p te, sicut adhuc feci: libẽtissime supplicabo. Vale.

Intercalaris mẽsis

ASC.

ME scito &c. Rursus oñdit se totis uirib' cõtẽdere p salute Ligarii: deide spei suæ cãs apit: ac demũ: ut fortior sit monet. ¶ Ordo ẽ. Scito me cõsumere oẽm laborẽ meũ: oẽm operã: curã: studiũ: sup. oẽ: i salute tua. s. pcurãda. ¶ Nã cũ. s. ita sit: q dilexi sp maxie te: tũ. s. magis: uerũ ẽ: q singlaris pietas: & amor frnus. s. i te: fratrũ tuorũ quos sum cõplexus sũma bñuolẽtia: æq. i. æqualr: atq. i. ac te: nullũ. i. nõ ullũ: nõ patit me ptermittere ullũ mun' officii & studii erga te: aut ullũ tps. ¶ Sed malo te cognoscere ex lris illorũ. s. fratrũ tuorũ q̃ ex meis: qd faciã. s. mõ: & qd feceri p te: ãt. i. sed qd sperẽ aut cõfidã & habeã exploratũ. i. cõptũ de salute tua: uolo id declarari tibi a me. ¶ Nã si qsq̃ ẽ timid' in rebus magnis & piculosis: & sp metuẽs magis exitus rerũ aduersos: q̃ sperãs scdos. i. psperos: ego sum is. i. talis: & si h̃ ẽ uitiũ. s. meticulositatis: aut pusillanimitatis: ego cõfiteor me nõ caret eo. Ergo: ut alibi notaui: caremus ẽt iis q̃ hr̃e nolimus. ¶ Ego tñ idẽ. s. q ppensior ad timorẽ sũ: cũ uenissẽ ad p̃m kal. itercalares. i. bissextiles: põres. i. i Februa. Loc' uit nõ satis iteger: nã scdo kal. negãt dicẽdũ: eo q p illo dicius pridie: uerũ illd facile purgat: nã licet aptius dixeris pridie kal. q̃ scdo: nõ q ut dñt kalẽdæ pcedũt: & scds a sequẽdo dr: nã licet scds dies kalẽdas pcedat: seqt tñ tertiũ: sed q magis pprũ est uocabulũ. tñ p eo: qd ẽ ad scdm kalẽ. nõ recte dixeris pridie kalẽdas: sic. n. ad p̃m dicitur: cum iuxta secundum sit: siue ipo scdo siue tertio: pridie aũt dũtaxat de die immediate pcedẽte. Præterea cum intercalatio. un' diei: q bissext' dr iterpositi: dũtaxat i Februario fiat: uit nõ recte addi põres: pserti cũ Kalẽdæ Februarii sint pter primũ diẽ i Ianuario uñ uit iõ additũ priores: ut kalẽdas pcedẽtes itercallationẽ itelligam': & ita de penultio Martii: cuius sũt priores itercalares Kalẽdæ: licet i Feb. sint pter pmũ diẽ: & posteriores sint Aprilis: sed i Martio: ad Cę. mãe: rogatu. i. ex rogatiõe & reqsitiõe fratrũ tuorũ: atq ptulisse oẽm idignitatẽ. i. hũilitationẽ cõtra dignitatẽ meã: & molestiã illi'. s. Cæ. adeundi & cõueniẽdi. i. colloquẽdi: & cũ eo agẽdi: gr̃a uisitãdi: cũ fres & ppinq tui iacerẽt ad pedes: & ego eẽm locut': sup. ea: q̃ cã & tps postulabat: tũ. i. tũc: ego discessi: nõ solũ ex orone Cæsaris: q̃ fuit sane. i. ualde mollis: & liberalis: sed ẽt ex oculis & uultu & pterea ex signis mutis. i. tacitis: q̃ potui. s. tũc perspicere. i. agnoscere facilius: q̃ scribere. s. nũc: discessi: inqt: in hãc opinione: ut salus tua nõ eẽt mihi dubia. ¶ Quãobrẽ fac: sup. ut sis aio magno & forti: & si tu ferebas sapienter turbidissima: feras læte trãquilliora. ¶ Ego tñ adero. i. auxilio ero: reb' tuis sicut difficillimis. q. d. uigilãtissime: neq. i. & nõ: & supplicabo p te: nõ solũ Cæ. sed ẽt amicis eius: quos ego cognoui amicissimos mihi: sicut feci adhuc libentissime. Vale.

VBE. Ibi gratulor. Basilius ciuis Romanus debuerat aliquid præclari in aliqua esset prouincia cui pfecisse. Vnde Cicero ei nunc gratulatur.



ASC. Ibi &c. Breuis est gratulatio: & admonitio de re scribēti & lecturo dumtaxat nota. ┌ Ordo autē est. Gratulor tibi. s. pro re fœliciter gesta: aut quæ fœliciter euenit: gaudeo mihi: idest pro cōmodo meo: eo φ tua bona mea sunt: ego amo te: tueor. i. protego tua: uolo amari a te: & fieri certior: quid agas: & quid agatur. s. ab aliis qui istic sunt. Vale. Ex hoc loco trahi pōt nota differentia inter gratulor: & gaudeo: quia gratulamur alienis commodis: gaudemus nostris.

VBE. SI mihi. Cum abesset Bithynius ab urbe: rogauit Cicero. hac epistola: ut absentem quibuscūq; rebus posset tueretur: idq; eum facere debere ostēdit ex amicitia nō solum parentum ipsorum: sed multo magis ex amicitia utriusq; ipsorum: multis: & iustis causis confirmata. ┌ Si non. idest nisi. ┌ Et iustç. honestæ utputa causæ uirtutis & morum & similitudinis studiorum. ┌ Repeterem. reuocarem: resumerē. ┌ Ex parentibus nostris. qui inter se fuerunt amicissimi. ┌ Quod. quam rem: scilicet ut repetantur initia amicitiæ a parentibus. ┌ Sunt prosecuti nullis officiis. idest qui paternæ amicitiæ nulla propria & sua officia addiderunt: sicut nos addidimus per ipsā amicitiam paternam: multis officiis psecuti sumus. ┌ Nostra ipsorum. idest nostrorum met ipsorum: neq; nunc per amicitiam paternam aliquid a te petā. ┌ Cuius. scilicet amicitiæ nostræ ipsorum. ┌ Fiducia. bona est: confidentia mala: licet Virg. fiduciam pro confidentia posuerit: Tāta ne uos generis tēuit fiducia uestri. ┌ Officium. beneficium: quod in me [illegible] collatū. ┌ Intermoriturum. periturum: tanquam conferatur in ingratum.

Fiducia Confidentia

M.T.C.Basilio.S.D.



Ibi gratulor, mihi gaudeo, te amo, tua tueor, a te amari & quid agas, qdq; agatur: certior fieri uolo. Vale.

Bithynius Ciceroni.S.D.



Imihi nō tecum & multæ & iustæ causæ amicitiæ priuatim essent, repeterē initia amicitiæ ex parentibus nostris, qđ faciendum his existimo, q pſnam amicitiam nullis ipsi officiis psecuti sunt. Itaq; contentus ero nostra ipsorum amicitia. Cuius fiducia peto a te, ut absentem me: quibuscunq; in rebus opus fuerit tueare: si nullum officium tuum apud me inter moriturum existimas. Vale.

ASC. SI mihi &c. Commendat se & sua Bithynius Ciceroni: lepide quidem ac docte: dicens. ┌ Si causæ amicitiæ: & multæ & iustæ: non essent mihi tecum: repeterem initia amicitiæ ex parentibus: idest progenitoribus nostris: quod. i. petere initia amicitiæ ex parentibus: idest pro genitoribus nostris: ego existimo faciendū iis: qui ipsi. i. in propriis personis: aut per se: nullis officiis prosecuti sunt. i. cōtinuauerunt amicitiam paternam. ┌ Itaq;. i. & ita: qa aliter iter nos est: ego contentus ero amicitia nostra ipsorum: idest quæ nobis est propria. Sic dicimus nostra omnium: mea unius &c. cuius scilicet amicitiæ nostræ: ipsorum fiducia: idest per cuius fiduciam: ego peto a te ut tueare: idest protegas me absentem: in quibuscunq; rebus opus fuerit: si existimas nullum officium tuum intermoriturum: idest periturum & obliuioni perpetuæ dandum apud me. Vale.

Nostra ipsorū

VBE. CVm cæterarū. Scripserat Bithynius ad Ci. se cupere cū eo uiuere: aliqn̄ resp. q̄ diu agitabat cōstitueret. Itaq; Ci. rescribit se uehemēter cupere: ut resp. tandē cōstituat: & in bonū statū reducat: & aliarū cā: & hac pcipue: ut possit exigere a Bithynio pmissum: ut secū uiuat. Deinde dicit Ci. eē aliquos: qui qa plurimū potuerint sint cōiūctiores Bithynio magnitudine officiorū q̄ ipse Ci. necessitudine uero & beniuolētia neminē eē coniunctiorē. ┌ Cæterarū. aliarū multarū. ┌ Cōstitutā. firmatā: in statu suo collatam. ┌ Aliquādo. tandem: aliquo tēpore. ┌ Tū præcipue. ┌ Accedere. adiungi ad illas cæteras res. ┌ Id. quod sequitur. s. ┌ Quo. i. ut. ┌ Expetam. exigam a te. ┌ Quo. s. pmisso. ┌ Si ita sit. s. Vt respublica sit constituta. ┌ Tua uo. uiuendi mecum. ┌ Alienū ne. no. i. nihil facis contra necessitudinem nostram. i. nihil facis: φ sit contra amicitiam nostram cum petis mecum uiuere. ┌ Nam sic. sensus ē: crede eos qui habuerunt gr̄am: aut auctoritatem: his tpibus: cōtulisse in te maiora beneficia: q̄ ego qui nō ualui: sed necessitudine: & beniuolentia neminem esse tibi coniunctiorem. ┌ Necessitudine neminem. subaudi coniunctiorē esse: ┌ Eius coniunctionis. ┌ Augēdæ uoluntas. i. cupio iam augere.

M.T.C.M.Bithynio.S.D.



Vm cæterarū rerū causa cupio esse aliqn̄ rēp. constitutam: tum uelim mihi credas accedere id etiam, quo magis expetam promissum tuum quo in literis tuis uteris. Scribis eni si ita sit: te mecum esse uictur᷒. Gratissima mihi tua uoluntas est, facisq; nihil alienū a necessitudine nr̄a, iudiciisq; patris tui de me summi uiri. Nā sic habeto beneficiorū magnitudine eos qui tpibus ualuerunt, aut ualeant coniunctiores esse tecū q̄ me i necessitudine neminē. Quamobrē grata mihi est & memoria tua nostræ cōiunctionis & eius ēt augendæ uoluntas. Vale.

ASC. CVm cæterarū &c. Respondet epistolç Bithynii: nō quidem superiori: sed alteri: quæ nō extat: significans gratam sibi cū eo consuetudinē: si respu. uigeret: fore. ┌ Ordo est. Cum. s. ita sit: quod cupio cā cæterarū rerū rempu. cōstitutam: sup. esse: aliquando. i. tandē: tum. i. multomagis: uelim credas mihi. id etiā accedere. i. addi: aut accedere. i. contingere: ut respu. sit constituta. i. stabilita: quo. i. ideo: ut expetam. i. exigam a te magis promissum tuum: quo. s. promisso: uteris in literis tuis: nō tamē: ut dixi in superioribus. ┌ Scribis enim si sit ita: te eē uicturum mecū. ┌ Voluntas tua est gratissima mihi: & facis nihil alienū. i. diuersum a necessitudine nr̄a: & iudiciis patris tui uiri summi: de me i. q̄ habuit de me. ┌ Nā habeto sic. i. teneto id ratissimū: eos qui ualuerūt tpibus. i. qbus tpa fuerūt secūda. aut q ualeant s. mō tpibus: eē cōiunctiores tecum magnitudie bn̄ficiorū q̄ me: qa cū illis tpa eēnt psp̄era potuerūt facile in te cōferre bn̄ficia q̄ ego: sed: sup. neminē sup. eē cōiunctiorē tecū q̄ me. necessitudine. i. uinculo necessariæ cōiunctionis ex parentib᷒ cōtractæ. ┌ Quāobrē. i. simul: memoria tua. s. actiua: cōiunctionis nostræ: passiua. i. q̄ habes de cōiunctiōe nr̄a: est grata mihi: & uoluntas eius. s. coniunctionis nr̄æ ēt augēdæ est mihi. i. habeo eā. Sæpe Ci. uni substātiuo potissimū uerbali adiūgit: aut duos genitiuos: & loco alterius pnomen possessiuū: quorū alter passiue: alter siue alterum actiue aut possiue significat: ut studium Seruii iuris ciuilis: prior genitiuus actiue: posterior passiue accipitur.

¶ Simulac.

VBE.

S Imulac. Interrogauerat Lepta Ci. utrũ p̃cones: & haruspices possent per leges fieri decuriões municipiorũ. de quo. Ci. scribit se cõsuluisse Balbũ iurisconsultũ: exponitq; eius sniam: deide facit eũ certiorẽ qd audierit de reb⁹ hispanis: erant. n. eo tpe in hispania exercitus Cæ. & Pom. deinde qa Lepta laudauerat opus Ci. de oratore: dicit Ci. uehemẽter gaudere: dicitq; se cupere: ut Leptæ filius Lepta eo delectet. & postremo hortat eũ ut filiũ ad ediscẽdũ Hesiodũ inducat: & præcipue quatuor eius carmina q̃ i fine epistolæ subdit. ¶ Simulac posteaq̃: cõ primũ. ¶ Quæsiui. interrogaui. ¶ E Bal. p ex Balbo: iurisco. q nouit qd leges statuẽt. ¶ Codicillos. breues lras: ut li. iiii. in epla Sulpitii de morte Marcelli. Puer Acydini obuiã mihi uenit cũ codicillis: ẽ. n. diminutiuũ a diminutiuo: codex. n. facit codiculus: ĩde codicillus. Iuriscõsulti p genere quodã testimoniorũ accipiunt. ¶ Quid eẽt in lege. i. qd lex statuerit de eo qd̃ petisti. ¶ Qui facerẽt præconiũ. q nũc essent p̃cones in municipiis: p̃cões ãt q publice aliqd ore & uerbis denũciãt: ut apd Vir. i. v. æneid. Victorẽ Æneas p̃conis uoce Cloantũ declarat: idẽ tubicines: & cornicines dñr: q sonitu tubæ pplm ad se dicẽt. Iuue. Quõdã hi cornices: & municipalis arenę ppetui comites: notæq; p oppida buccæ: dñr ãt a prę & cano: q ãñ canãt: & denũciẽt qd̃ est faciẽdũ: hi aũt uiles erãt: uñ nũc dicit rescriptum eẽ a Balbo: q exercerẽt p̃coniũ: uetari p leges eẽ i decurionibus: decuriones aũt: auctoribus Festo: & Nonio: a numero militiæ cui præerant dicti sunt: q denis eqtibus p̃essent: sicut cẽturiões. Erant tñ decuriões alii urbani: alii municipales. Vrbanus decurio turmæ p̃erat q̃ duobus & triginta eqtibus cõstabat: neq; uero belli solũ sed domi quoq;. Decurio dr̃ nomẽ quoddã p̃positurę turmæ sigñans: ut Sueto. i Domitiani uita. Saturius Decurio cubiculariorũ. In municipiis aũt Decurio idẽ credit̃ qui & senator: nã qui in senatu: & cõciliis reip. municipalis interesse poterãt: Decuriones erant: ut Ci. in oróne pro. P. Sextio. Recita quæso Sexti qd decreuerint Capuæ Decuriões. Romanũ aũt & municipalẽ decurionẽ differre declarat Pli. iunior epistola quadã li. i. puto aũt uerius dictos Decuriões: ut sensit Põponi⁹ iurisco. de uerborũ signi. q initio cũ deducerent̃ Coloniæ cõsilii publici grã decima deductorũ cõscribi solita sit. Decuriones igit̃ in hoc loco nõ p eqtib⁹: aut q p̃essent decẽ eqtib⁹ accipiunt̃: sed pro hĩs q i senatu & cõciliis reip. municipali ĩteressent: ut declarat Ci. ipse hac epla: decurias aũt nobiliorũ: cẽturias inferiorũ dici Pedianus uoluit: ergo. ¶ Esse in Decurionibus. i. eẽ in senatoribus municipalibus. ¶ Qui fecissent. subaudi p̃coniũ: nã quidã frustra: & falso addunt: qui haruspicinã fecissent: cũ haruspicina superfluũ eẽ cõstet: hoc. n. sentit Ci. rescripsisse Balbũ eos q nũc facerẽt præconiũ prohiberi esse in decurionib⁹: q uero alias fecissent & nunc nõ facerẽt nõ prohiberi. ¶ Familia. amicos: pp quos fortasse quæsiuerat hoc Lepta a Ci. ¶ Neq;. n. arguit a minori ad maius: q si illi qui in p̃senti faciũt haruspicinã: possunt eligi senatores in urbe Roma: multo magis poterit eligi Decuriões: q in municipiis p̃coniũ fecissent: & in præsenti nõ faciant: cũ minus sit esse Decurionẽ in municipiis: q̃ senatorem Romanũ. ¶ Haruspicinã facerent. i. qui essent haruspices. Haruspicina erat diuinãdi disciplina per inspectionem extorũ & uiscerũ aialũ: q̃ nõ satis honesta putabat̃: ergo dicit: nõ erat tolerãdũ cũ illi eligerent̃ in Senatu Ro. qui facerẽt hoc tpe haruspicinã: q illi nõ possent eẽ Decuriones in municipiis: qa antea fecissent p̃coniũ. ¶ Legerent̃. eligerẽtur. ¶ In senatu Ro. ut possent eẽ Ro. senatores. ¶ Aliquãdo. aliquo tpe nõ nũc. ¶ Nõ li. uetari p leges. ¶ Esse decu. i municipiis: q min⁹ ẽ q̃ eligi i senatu Ro. ¶ Cõstat. apparet. manifestũ est. ¶ Illas. s. legiões Põ. ¶ Inspectãte exer. cõspectu totius exercitus. ¶ Cõsensisset. cõiurasset. ¶ Nescio qd̃. ita solemus dicere cũ ignoramus nomẽ ¶ Cã rei fru. i. cã puisiõis frumenti. ¶ Cõprehendere. capere: ligare. ¶ Quo. nescio. ¶ Es spon. p Pom. i. quo pro Põpeio fideiusisti: fideiusserat. n. Lepta simul cũ Galba quoddã Pro Pom. de re pecu. & quærebat se liberari illa fideius. scripseratq; ad Cice. ut id cõicaret cũ Galba: quod se facturum dicit. ¶ Consponsor. simul sponsor.

Simulac

Codicilli

Codiculus

Præcones

Tubicines

Cornicines

Decuriones

Decuriæ

Centuriæ

Haruspicina

M.T.C. Leptæ. S.D.

S Imulac accepi a Seleuco tuo literas, statim quæsiui e Balbo per codicillos, quid esset in lege. Rescripsit eos qui facerent præconium uetari esse in decurionibus: qui fecissent nõ uetari. Quare bono animo sint & tui & mei familiares. Neq; enim erat ferẽdum: cum qui hodie haruspicinam facerent in senatu Ro. legerentur, eos qui aliquãdo p̃conium fecissent: in municipiis decuriones esse nõ licere. De hispanis nihil noui. Magnum tñ exercitum Põpe. habere cõstat. Nam Cæsar ipse ad nos misit exẽplum Patiatii literarũ, in quo erat, illas undecim eẽ legiones. Scripserat eni Messala. Q. Salassũ P. Curtiũ fratrem eius iussu Põpei inspectãte exercitu interfectum, q consensisset cum hispanis qbusdã: si in oppidum nescio qd̃ Põpeius rei frumentariæ cã uenisset eũ cõprehendere, ad Cæsaremq; deducere. De negocio tuo quod spõsor es pro Pompeio, si Galba cõsponsor tuus redierit, homo in re familiari non imparum diligens, non desinam cum illo cõmunicare,

ASC.

S Imul ut &c. Interrogauerat Lepta Ciceronẽ utrũ præcones possent p leges fieri Decuriones municipiorũ. De quo dicit se cõsuluisse Balbũ iurecõsultũ: exponitq; eius sniam: deinde scribit qd audierit de rebus Cæsaris & Põpeii in Hispania: & hortat̃ ut filius Leptæ ediscat librũ de oratore: & carmia illa Hesiodica. q̃ ponit. ¶ Ordo aũt est. Simul ut accepi literas tuas a Seleuco: statim q̃siui e Balbo. s. Iuriscõsulto: per codicillos. i. per literulas: qd esset in lege. s. qd iuris esset: de eo qd quæsiuisti. ¶ Rescripsit eos. qui facerẽt præconiũ. i. præcones publicos adhuc officiũ exercentes: uetari esse in Decurionibus. i. in numero Decurionũ: eos: sup. qui fecissent. s. præconium & nõ amplius facerent: nõ uetari. ¶ Quare & tui & mei familiares sint bono animo. ¶ Neq; enim erat ferendũ. i. tolerãdum: eo q eẽt iniquum: cum sup. ii qui facerẽt hodie haruspicinam. i. qui essent haruspices. i. inspectores oblatorũ: legerẽtur Romæ in senatu. i. ut sint in numero senatorũ: & nõ licere eos q fecissent aliqñ præconiũ eẽ Decuriones in municipiis i. urbibus Italiæ: quorũ ciues essent munerũ Romanorũ capaces. ¶ Nihil noui: sup. est: de Hispanis: cõstat tamẽ Põpeiũ hre magnũ exercitũ. ¶ Nã Cæsar ipe misit ad nos exẽplũ. i. diploma: aut duplũ: lrarũ Patiatii. i. quas Patiatius ex Hispania miserat: in quo. s. exẽplo erat: illas legiones. s. quas Pompeius in Hispania habebat eẽ undecim. ¶ Enim. i. qa: Messala scripserat Quinto Salasso. P. Curtiũ fratrẽ eius interfectũ iussu Põpeii: exercitu inspectante: q. i. quia: ipse interfectus cõsensisset cũ quibusdã Hispanis: si Põpeius uenisset cã rei frumentariæ. i. ad obtinendum frumẽtum: in nescio quod oppidum. i. in oppidũ: cuius nomen ignoro: comprehendere eum. s. Pompeium: & deducere ad Cæsarẽ: q inimicus ei⁹ erat quod. i. quia: sponsor es pro Põpeio: si Galba compõsor tuus. i. qui tecum sponsor p eodẽ ẽ: hõ nõ parũ. i. multũ diligẽs in re familiari: non desinam communicare cum illo de negocio tuo.

VBE. ¶ EXpediri. explicari & liberari. ¶ Oratorẽ. alii uolunt esse oratorem quem ad Bru. scripsit: ego sentio eẽ libros de oratore: de quibus facit mentionem epistola penultima primi libri: quos dialogo scripsisse dixit: & magnopere cõmẽdauit: sicut etiam hic: utrunq; tamen opus elegantissimum. ¶ A te probari. tibi placere. ¶ De dicendo. de arte dicendi. ¶ Cõtulisse. posuisse. ¶ Aliquando sum. i. alicuius precii. Detrahatur. diminuatur. ¶ Leptã. filium tuum. ¶ Etsi. quãquam. ¶ Maturitas ætatis. quia iudicium potest eẽ maturum adolescentibus: propterea quod per ætatem nõ sunt multa experti. ¶ Abest. deest ei. ¶ Personare huiusmodi uoci. i. audire assidue huiusmodi uoces. Nã quod semel est ĩbutarecens seruabit odorem Testa diu. Partus. quia nuper peperit: nec propter id licuit mihi honeste discedere. ¶ Satis firma. satis ualida. ¶ Teneor. ipedior uenire. ¶ Procuratoribus Dolobellæ. qui gerunt negocia Dolobellæ: aberat enim eo tempoe Dolobella: & mandauerat Ciceroni: ut a procuratoribus suis exigeret primã pensionem rerum suarum: pensio autem a pendẽdo

Pensio dicitur: quæ datur pro usu alicuius rei: ut agri: aut domus. ¶ Et me hercule. alia causa: quare morat᷒ sit diutius Romæ: dicit enim Cicero se nõ ita delectari peragrare loca multa: & ire peregre: sicut ante delectatus est: ẽ enim magis iuuenum: q̃ senum. ¶ Ædificia mea me delectant. i. delector eẽ domi meæ. ¶ Ociũ domus: quies domestica. ¶ Quæ. domus. ¶ Cedat. idest sit inferior: quia non minus ocium ẽ mihi domi meæ: q̃ in meis uillis. ¶ Maius omni regione desertissima. i. ocium maius: q̃ ubi fere nulli habitant: loca. n. minus habitata plus habent ocii. ¶ Interpellatiõe. intermissione temporis. i. assidue. ¶ Quare. cõcludit Cicero ex superadictis causis: quod potius ueniet Lepta Romam: q̃ Cicero eat ad eum. ¶ Ediscat. nõ solũ co-

Ediscere gnoscet: sed & memoriæ mandet: id. n. significat ediscere. ¶ Hesiodum. poetam: quem quidã uolunt an-

Hesiodus tiquiorem fuisse Homero: scripsit autem de agricultura apud græcos: quem noster Virgilius ĩ georgicis: cũ magna laude imitatus creditur superasse. Fuit autem ex Ascra uico Boetiæ admodũ paruo & aspo: ut scribit Strabo: unde & Maro noster: Ascræumque cano Romana per oppida carmen: & alibi. Ascræo quos ante seni. ¶ Habeat in ore. idest assidue memoret: & pronunciet carmina quæ sequuntur: quia maxime hortãtur ad amplectendas uirtutes. τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν ἀθάνατοι· μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτὴν καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον· ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηαι, ῥηιδίη δ' ἤπειτα πέλει χαλεπή περ ἐοῦσα. Horum autem carminum: ut fere uerbum de uerbo interpretemur hic ẽ sensus. Virtutis sudorem dii imortales anteposuerunt: longa autem est & ardua uia ad ipsam: & aspera primum: ubi enim in cacumen uentum est: facilis est: quæ dura: & aspera extiterat: ea carmina multi uarie traducunt uerbus: sed non interpretantur uerum sensum poetæ: nos igitur ita traduximus. Virtutem posuere dei sudore parãdã. Arduus est ad eam: longusq; per ardua callis. Asper & est primum: sed ubi alta cacumina tanges. Fit facilis quæ dura prius fuit indyta uirtus.

Si quid expediri possit, quod uidebatur mihi ille confidere. Oratorem meum tantopere a te probari uehementer gaudeo, mihi quidem sic persuadeo, me quicquid habuerim iudicii de dicendo: in illũ librum contulisse. Qui si est talis, qualem tibi uideri scribis, ego quoq; aliquid sum. Sin autẽ aliud nõ recuso: quin q̃tũ de illo libro, tantundem de mei iudicii fama detrahatur. Leptã nostrum cupio delectari iam talibus scriptis: & si abest maturitas ætatis: iam tamen psonare aures eius huiusmodi uocibus nõ est inutile. Me Romæ tenuit omnino Tulliæ meæ part᷒. Sed cũ ea (quẽadmodum spero) satis firma sit, teneor tamen dum a Dolobellæ procuratoribus exigam primam pensionẽ. Et me hercule non tam sum peregrinator iã q̃ solebã. Ædificia mea me delectant, & ocium domus est quæ nulli uillarum mearũ cedat. Ocium omni desertissima regione maius. Itaq; ne literæ quidem meæ impediuntur, in quibus sine ulla interpellatiõe uersor. Quare (ut arbitror) prius hic te nos, q̃ istic tu nos uidebis. Lepta suauissimus ediscat Hesiodum: & habeat in ore τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν ἀθάνατοι. Vale.

ASC. ¶ Si quid possit expediri: idest trãsigi: & absolui: quod ille. s. Galba uidebatur mihi: cõfidere. s. q aliquid possit expediri. ¶ Ego gaudeo uehementer: oratorem meum: idest opus de oratore: siue quod ad Brutum scripsit: siue potius alteri: sic probari: idest approbari: tantopere a te: quidem: idest certe: ego persuadeo mihi sic: me contulisse i illum librum quicquid habuerim iudicii de dicendo: idest de arte loquendi: qui scilicet liber: si ẽ talis: qualem tu scribis: sup. eum uideri tibi: ego quoq; sum aliquid. ¶ Sin autem. i. sed si: aliud: sup. est: idest si non est talis: ego non recuso quin quantum detrahatur de illo libro: idest de laude illius libri: tantundem detrahatur de fama iudicii mei. ¶ Ego cupio Leptam nostrum: scilicet filium: tibi per naturam: mihi per curam: & amorem: delectari iam talibus scriptis: etsi. i. quamquã: maturitas ætatis abest scilicet ab illo: tamen nõ est inutile aures eius personare huiusmodi uocibus. Vnde errant qui barbaris & ineptis uocib᷒ utentes rhetoricem: aut poeticem: aut etiam grammaticem doceant. ¶ Partus Tulliæ meæ. s. filiæ: tenuit omnino Romæ. ¶ Sed cũ ea sit satis firma. quẽadmodum spero: tamen ego teneor: scilicet Romæ: dum: idest donec ego exigam a procuratoribus Dolobellæ mariti eius: primam pensionem: idest precium pro usu rerum eius: quod a pendendo dum reponitur pensio dicitur. ¶ Et me hercule: ego iam non sum tam: idest tantopere: peregrinator: quam: idest quãtopere: aut quãtum solebam: ædificia mea delectant me: & ocium domus: quæ nulli uillarum mearum cedat: quæ nulla inferior sit: est ocium maius omni regione desertissima. ¶ Itaq. idest & ita ne quidem: idest non saltem: literæ meæ impediantur: scilicet strepitu: aut uulgo: in quibus: scilicet literis: ego uersor sine ullo interpellatore: idest obturbatore. Interpellator enim est qui in medio opere aliquem compellit ac turbat. ¶ Quare ut arbitror: nos: sup. uidebimus te hic: idest Romæ ubi nos sumus: prius quam tu uidebis nos istic: scilicet ubi tu es. Vbi inuenitur differentia: quam ponit Valla inter hic: & istic &c. ¶ Lepta suauissimus: scilicet filius tuus: ediscat: idest memoriter discat: Hesiodũ: scilicet poetam græcum: qui opera: & dies & deorum generationem scripsit: & habeat in ore: sup. illud carmen Hesiodicum: quod de uerbo ad uerbum translatum subiecit: conferat qui uelit latina græcis: sed græcorum penitus ignarus sciat τῆς esse articulum quo latini carent: στε significare autem: sed sequẽte uocali colliditur: & dicitur pro daretes δ' ἀρετῆς: uertitur ergo. Tis daretis: aut daretes: uirtutis autem: idiota sudorem: thei. idest dei: & ita consequenter. Carmine autem sic uertit Vber. Virtutem posuere dei sudore parandã. Arduus est ad eam: longusq; per ardua callis. Asper & est primum: sed ubi alta cacumina tãges. Fit facilis: quæ dura prius fuit indyta uirtus.

¶ Maculam

MAculam. Macula quidam ciuis Romanus inuitauerat Leptam: & Ci. ad uillam suam: itaq; Cicer. eam laudat: erat autem in falerno campaniæ loco optimi uini feracissimo: deinde: quia Læpta cupiebat esse in familiaribus Cæ. & ob eam causam parauerat munera: & Cæ. & cæteris: qui apud eum plurimum poterant: hortatur Cice. Læptam: ut neq; curet esse apud Cæsa. nec faciat ea munera: & adducit rationes: pollicetur tamen: si quid fuerit in quo sit spes: se tentaturum: & facturum: qd' poterit. ¶ Functum officio. non finxisse officium quoddam: quod gesserat: ut quidam male interpretantur: sed fecisse officium: & debitum suum. ¶ Falernum eius. ubi habet uillam: inter sex enim loca: quæ scribit. M. Varro præcipuis quibusdã rebus abundare: affirmat Falernũ uini feracissimum esse: quæ ut facilius memoriæ mandētur: infrascripto epigrammate meo placuit cõplecti: qd' iam multis annis scripserã ad Octauianum uicomercatum: uirũ iurisconsultorum Mediolanensiũ decus: & ornamentum maximum: quem mihi discipulũ fuisse: & meorũ elegantia lrarum doctrina facit: ut me nõ pœniteat. Sex cognosce suis insignes fructibus agros: Carminib' uates: quos celebrasse leges. Dat Cererẽ cãpanus ager: dat uina falernus: Cassinas oleæ dicitur eẽ ferax. At de tusculeo molles tibi sumes fic': Deq; Tarẽtio dulcia mella potes. Præcipuos Tyberina dabunt tibi flumina pisces. Has tibi: quẽ malis: uai lupus inter aq̃s. Pisce lupo melius multi nil esse probarunt: Inter si põtes uixerit ille natãs. ¶ Diuersorio. i. iucundo: & grato hospitio: diuersoriũ enim locus qlibet dicit: quo homines de uia quiescendi: aut reficiendi corporis cã ad tẽpus diuertere solẽt: nam diuortia: & diuerticula alia dicunt: ut supra alio loco diximus. ¶ Si mõ satis tecti est. i. si habet tm̃ tecti: q̃tũ sufficit ad recipiẽdos comites nr̃os: quos nobiscũ ducemus. ¶ Cætera. i. p cætera: uel secũdũ cætera. Vir. Cætera graius. Hora. i epistolis. Hæc ego dictabam post tẽplũ putræ uacunæ. ¶ Petrinũ. nomen uillæ apud Sinuesam. Hora. i epi. Sinuesanũq; petrinũ. ¶ Nam & uilla Iulia. comparat hic uillam Iuliam falerno: & petrio: quas uillas dixit esse aptas diuersario: Iuliæ autem uillę amœnitatem non diuersorium solum esse: sed & cõmorationis. i. habitationis: & permansionis. ¶ Regiorum. quæ Cæ. paras: sed inuidiose dicit regiorum: quoniam & illud nomen erat inuisum Romanis. ¶ Curatione. improprie dixit: quia proprie: ut uoluit Donatus: Curatio ẽ medicorum: cura reliquorum. ¶ Tantis. tam magnis. ¶ De tota re. i. neq; de dandis muneribus: neq; de quærendo locum apud ipsum Cæsarem. ¶ Tanta est multitudo intimorum. idest tam multos habet apud se intimos: & familiarissimos. ¶ Effluat. eliciatur ab ipso Cæsare. ¶ Aditus. subaudi ad ipsum Cæsarem. ¶ Qui. scilicet nouus. ¶ Nihil afferat. nihil præstet Cæsari. ¶ In qua. opera. ¶ Non accepisse. scilicet operam tuam: qui putabit te sibi obligatum: si nõ accepit operam tuam: quam ei allaturus esses: est enim hæc natura potentum: & diuitum uirorum: ut ostendit Cicero libro secundo officio. ¶ Videbimus. experiemur. ¶ In quo sit spes. in quo speremus posse aliquid tibi prodesse. ¶ Aliter. si nõ sit spes: ¶ Sed etiam fugiendum. quia turpius est repelli: q̃ non tentasse. ¶ Asturæ. oppidum est non lõge a terracina: & eius cognomine fluuius. ¶ Quoad. i. quousq;. ¶ Ille. Cæsar.

VBE.

Falernum

Diuersorium

Diuortia

Diuerticula

Petrinũ

Curatio

Cura

Astura

M.T.C. Læptæ. S.D.

MAculam officio functum eẽ gaudeo. Eius falernum mihi semper idoneum uisum est diuersorio si modo tecti satis ẽ ad comitatum nostrum recipiendũ. Cæterum is quidẽ mihi locus nõ displicet: nec ea re Petrinum tuum deserã. Nam & uilla & amœnitas illa cõmorationis est: nõ diuersorii. De curatione aliqua munerum regiorum cum Oppio locutus sum: nam Balbum postea q̃ tu es profectus, nõ uidi. Tantis pedum doloribus afficit', ut se conueniri nolit. Omnino de tota re: ut mihi uidetur: sapiẽtius faceres: si nõ curares. Quod enim eo labore assequi uis nullo modo assequere. tanta est. n. intimorum multitudo: q ex iis potius aliquis effluat q̃ nouo sit aditus: præsertim qui nihil afferat præter operam, in qua ille se dedisse beneficium putabit: si modo ipsum sciet non accepisse. Sed tamen aliquid uidebimus in quo sit spes: aliter quidem non modo non appetendum: sed etiam fugiẽdam puto. Ego me Asturæ diutius arbitror commoraturum: quoad ille quandoq; ueniat. Vale.

MAculam &c. Macula ciuis Romanus inuitauerat Læptam: & Ciceronem in uillam suam. Itaq; Cicero eum laudat. Dehortatur autem Læptam ne se insinuet in amicitiam Cæsaris: & Cæsarianorum per munera. ¶ Ordo est. Ego gaudeo Maculam: proprium est ciuis Romani: esse functum officio: idest fecisse: ut dicunt debitũ suum falernum eius: idest hospitium: quod habet in falerno agro uicino campaniæ: optimi uini feracissimo: uisum est semper mihi idoneum diuersorio: idest ut sit nobis diuersorium: modo: idest dummodo: satis tecti. i. ædificii est: supple in eo ad recipiendum comitatum nostrum. ¶ Cæterum: idest sed: quidem: idest certe: locus non displicet mihi: nec deserã ea re: idest propter eam rem: Petrinum tuum: scilicet hospitium: apud Sinuessam: unde Horatius in epistolis Sinuessanumque Petrinum. ¶ Nam & uilla: idest domus in agro: & amœnitas illa: scilicet quæ est præcipua in falerno Maculæ est commorationis: idest ad commorandum apta: non diuersorii: idest ad tempus illic agendi: ut in diuersorio solem': & ita Petrinum non deseret: pro uocabulo illa legit Vbertinus Iulia: sed non recipitur. ¶ Ego locutus sum cũ Oppio amico Cæsaris: de curatione munerum regiorum: quæ Cæsari pa-asti: tanquam regi donanda. ¶ Nam non uidi Balbũ posteaquam: tu es profectus: idest discessisti hinc: & ita non potui cum eo loqui: supple Balbus afficitur tantis doloribus pedum: ut nolit se conueniri: idest uisitari. ¶ Tu faceres omnino de tota re sapientius: ut uidetur mihi: si non curares: & ita nihil faceres. ¶ Tu enim nullo modo assequere: idest obtinebis: id supple quod uis assequi eo labore: idest ut sis de familiaribus Cæsaris. ¶ Enim: idest quia. multitudo intimorum: scilicet amicorũ Cæsaris est tanta: q aliquis effluat: idest dematur: ut liquor e uase nimis pleno: potius ex iis: scilicet qui sunt: q̃ aditus: idest accessus sit nouo: præsertim qui nihil afferat præter operam: idest laborem: & industriam suam: in qua ille scilicet Cæsar: putabit se dedisse beneficium: si modo sciet se non accepisse ipsum: scilicet beneficium operæ tuæ. ¶ Sed tamen nos uidebimus: idest experiemur aliquid: in quo sit spes: aliter quidem puto: non modo non appetendum: sed etiam fugiendum. ¶ Ego arbitror me commoraturum diutius Asturæ: idest in eo oppido non longe a Terracina: quoad: idest donec ille scilicet Cæsar ueniat: quandoq;: idest aliquando. Vale.

ASC.

Petrinũ

VBE. DEderam. Toranus eandem causam secutus: quã Cæcinna: & plerique alii: cum exilio mulctaretur: essetque: ut puto in Sicilia: sicut & Cæcinna: decreuerat inde discedere: quod Cicero suadet ne faciat propter opportunitatẽ loci: ex quo facile poterit intelligere quicquid de restitutione sua actum fuerit: & subito discedere. Deinde quia Cæsari ex Hispania redeunti uolebat Toranus se offerre: idque Cicero ei dissuadet. Deinde consolatur eum: ut forti animo ferat communem casum. ¶ Triduo. ante tribus diebus superioribus. ¶ Pueris. seruis. ¶ Eo. propter id: quia dedi literas pueris Planci ad te deferendas. ¶ Vt sicut. ¶ Antea. superiori tempore. ¶ Monebo. dabo consilium. ¶ Ibidem. idest tibi: scilicet ubi tu es. ¶ Opperiri. expectare: ut Virgilius: Reginam opperiens: scribitur autem gemino. p. & est deponens: nam operio actiuum simplici. p. scriptum tegere significat. ¶ Præter periculũ. excepto periculo. ¶ Hyemalis. tẽpestuosæ. ¶ Minime portuosæ: quæ non habet multos: & idoneos portus. Incommodissimum est enim nauigare per ea loca: ubi non reperiuntur portus. ¶ Quod. periculum. ¶ Vitaueris. si expectaueris ibidem. ¶ Ne illud quidem non negligendum. non contemnendum: est aũt liptote. i. illud quoque plurimi faciendum. ¶ Quamuis subito. i. ualde subito: ponitur enim pro quãtumuis. ¶ Proficisci. discedere istic. ¶ Aduenientibus. Cæsarianis. ¶ Gestias. uehementer cupias. Est enim gestire motu quodam corporis lætitiam animi significare: Virgili. Incassum uideas studio gestire lauandi. ¶ Offerre te. obuiam dare: occurrere. ¶ Nostro. familiari: & amico. ¶ Opportuniore. commodiore rebus tuis. ¶ Quocunque. aduerbium est: in quemcunque locum. ¶ Opus erit. scilicet te conferre. ¶ Ille. Cæsar. ¶ Recipiet se. redierit. s. in patriam. ¶ Omnia. quæ de te agentur: & ad te pertinebunt. ¶ Hoc. scilicet quod sis tibi. ¶ Prorsus. omnino. ¶ In hac causa. quam secutus est simul cum Pompeio: & multis aliis. ¶ Communẽ. cuius nemo est expers: aut immunis. ¶ Ita uiximus. cum ea honestate: & rectitudine: est autem consolatio a conscientia. qua Cicero sæpe utitur. Id ætatis sumus. idest in ea ætate sumus: ẽ autem ornatus quidam dicendi modus: quasi dicat: ita sumus iam senes: ut fortem animum omnibus rebus præstare debeamus: quæ nostra culpa non acciderunt: senes enim magis debent contemnere mortem: quã iuuenes: propterea quod parum uitæ superest eis: qui uiuere possint. ¶ Hic. Romæ.

Oppe rior
Operio
Gestif
Quodcunque

M.T.C.Torano.S.D.



DEderam triduo ante pueris Cnæi Plancii literas ad te. Eo nunc ero breuior: teque ut antea consolabar: hoc tempore monebo. Nihil puto tibi esse utilius: q̃ ibidẽ opperiri: quoad scire possis: quid tibi agendum sit. Nã præter nauigationis longæ: & hyemalis: & minime portuosæ periculum: quod uitaueris: ne illud quidẽ non negligendum: quamuis subito cum certi aliqd audieris: te istinc posse proficisci. Nihil est præterea cur aduenientibus te offerre gestias. Multa præterea metuo: quæque cum Milone nostro communicaui. Quid multa? Loco opportuniore in his malis nullo esse potuisti: ex quo te quocunque opus erit facillime & expeditissime conferas. Quo si recipiet ille se ad tempus aderis: sin quoniam multa accidere possunt aliqua res uel eum impediet uel morabitur. Tu ibi eris ubi omnia scire possis. Hoc mihi prorsus ualde placet. De reliquo: ut te sæpe per literas hortatus sum ita uelim tibi persuadeas: te ĩ hac causa nihil habere, quod tibi timendum sit: præter communem casum ciuitatis. Qui & si est grauissimus: tamen ita uiximus: & id ætatis iam sumus: ut omnia: quæ non nostra culpa nobis accident, fortiter ferre debeamus. Hic tui omnes ualent: summaque pietate te desyderãt, & colunt: & diligunt. Tu & cura ut ualeas: & te istinc ne temere commoueas. Vale.

ASC. DEderam &c. Toranus eandem cum Cæcinna causam secutus: & cum eo in Sicilia exulans decreuerat inde discedere: a quo Cicero eum dehortatur: suadensque ne Cæsari ex Hispania redeunti obuius fiat: fortitudinis eum admonet. ¶ Ordo est. Dederam triduo ante: scilicet q̃ hæc scriberet pueris: idest seruis Cnæi Plancii: literas ad te: eo: idest eam ob rem: ego ero nũc breuior: & ut consolabar te antea: scilicet in dictis epistolis: ita supple monebo te hoc tpe. ¶ Ego nihil puto esse utilius tibi: q̃ opperiri: idest expectare ibidẽ: scilicet ubi nunc es: quoad. i. donec: possis scire: quid sit agendum tibi: nam præter periculum nauigationis longæ: & hyemalis: & minime portuosæ: idest ubi paucissimi sunt portus: quod scilicet periculum tu uitaris: idest uitaueris opperiendo: & manẽdo in Sicilia: ne quidem: idest non etiam: aut non saltem illud: scilicet quod dicam: est negligendum te posse proficisci: idest discedere istinc: idest ab isto loco ubi es: quamuis idest quantumuis cito: cum audieris aliquid certi ¶ Præterea nihil est: idest nulla est causa: cur gestias: idest nimium cupias. Ita ut gesta cupiditatem iudices: offerre te aduenientibus: scilicet Cæsarianis ex Hispania. ¶ Præterea ego metuo multa: quæ communicaui cum Milone nostro scilicet amico. ¶ Quid supple scribam ubi multa. ¶ Tu nullo loco opportuniore potuisti esse: in his malis: idest durantibus his malis: q̃ supple ubi es: tu conferas: idest traducas te facilime: & expeditissime ex eo: scilicet loco quocunque erit opus: idest utile: aut expediens: quo: idest ad quem locum: si ille scilicet quem metuis: hoc est Cæsar: recipiet: idest tanquam in locum tutiorem cõuertet se: tu aderis ad tempus. ¶ Sin: idest sed si: quoniam multa scilicet impedimenta possunt accidere: aliqua res impediet eum uel morabitur: idest retinebit: cum tu eris ibi: ubi possis scire omnia. ¶ Hoc scilicet consilium placet mihi prorsus: idest omnino ualde. ¶ De reliquo: ut sum hortatus te sæpe per literas: uelim supple ut persuadeas tibi ita: te nihil habere in hac causa: quod sit timendum. præter communem casum ciuitatis: scilicet Romanæ: qui scilicet casus communis: etsi est grauissimus: tamen nos uiximus ita: & sumus iam id ætatis: idest in ea ætate: ut debeamus ferre fortiter omnia: q̃ non accident culpa nostra. ¶ Omnes tui: scilicet necessarii: & amici: ualent hic scilicet Romæ: & desyderãt te summa pietate: idest charitate cum obseruantia quam debent inferiores maioribus: ut liberi parẽtibus: & nos omnes deo: & diligũt & colunt te. ¶ Tu cura: & idest simul: ut ualeas: & idest simul: ne commoueas te istinc: idest a loco ubi nunc es: temere: idest inconsulte. Vale.

ET si cum. Cõsolatur Ci. hac ep̃la Toranum: ut forti animo ferat ea: quę acciderunt: præsertim cum ipsi soli prædixerint quid esset futurũ: siue Pompe. siue Cæ. uicturus foret: ostenditq; fuisse timẽdũ: cum aliquid caueri potuit. Nunc uero cum nulla spes rebus euersis supersit: omnia ferenda moderate: p̃cipue cum mors sit omniũ extremũ: & finis laborũ: & miseriarum. Postremo addit consolationẽ sibi assuetam rectæ conscientiæ. Calamitosissimi. perniciosissimi. Belli. Africani: nam mortuo Pom. Cato in Africã se cõtulit ad Iubam: cõtra quẽ postea pugnauit. Cæ. Confectum. finitum. Cõmemorabam. referebam: dicebam. Assensorem. quia idem dicebas: quod ego. Nos solos. duos: me & te. In eo bello. ciuili: quod gerebatur inter Cæ. & Pomp. Exclusa. eiecta: quia nulla erat spes pacis. Ipsa uictoria. utriuscunq; futura esset: siue Cæ. siue Põ. Interitũ. maximam cladẽ: & perniciem ciuium. Domitiũ. Cn. Domitiũ dicit & Lentulum: qui Ci. timidũ appellant: quia bellũ timeret: dicit autem Ci. se nõ timuisse bellũ: sed euentum belli: & ne ea acciderent: quæ acciderunt. Erã plane. s. timid'. Idem ego. Ad omnẽ euentũ. i. ad omnia: quæ euenerint. Caueri. uitari: aut prouidere. Dolebã negligi. dolebam: q̃ nõ prouideretur aliquid: & q̃d non curaret. Euersis. p̃stratis: tractis ab ædificiis. Consilio. prudentia: q̃a nullus ẽ adeo sapiens: qui amplius possit prouidere. Vna rõ. una uia: unus modus. Ferre moderate. q̃cquid erit: tale illud Maro. Quicq̃d erit superãda ois fortuna ferẽda est. Extremũ. Hora. Mors ultĩa linea reꝝ. Mihi sum cõscius. scio. Quod licuerit. q̃tũ potueri. Cõsuluisse. prouidisse. Hac amissa. dignitate reipu. oppressa: & perdita. Eadem cogitares. eandem cõsolationẽ acciperes. Recordare. i. recordaris: & i memoriam redigis. Etiam si acciderit se. i. etiã si aliter euenerit: q̃ uolebas: & sentiebas. Conferre sollicitudines n̄ras: ut. n. Ci. superius dixit ad Luceiũ. Habet præteriti doloris secura recordatio delectationẽ: Vir. Forsan & hæc olim meminisse iuuabit: idẽ: Iuuat euasisse tot urbes Argolicas: mediosq; fugã tenuisse per hostes. Conferre. simul colloqui. Tum. eo tpe. Præter interitũ uniuersæ. i. p̃ter id: q̃d oibus accidit: & p̃ter cõem calamitatem: & p̃niciem reip. Futurum p̃sto. idest paratum: & promptum.

.M.T.C.Torano.S.D.

ET si cum hæc ad te scribebã, aut appropinquare exit' huius calamitosissimi belli, aut iam aliquid actum & confectum uidebatur, tamen quotidie commemorabam te unum in tãto exercitu mihi fuisse assensorem: & me tibi: solosq; nos uidisse, quantum esset in eo bello mali, in quo spe pacis exclusa: ipsa uictoria futura eēt acerbissima, quæ aut interitũ allatura esset: si uictus esses, aut si uicisses, seruitutem. Itaq; ego, quem tum fortes illi uiri, & sapiẽtes domitii & Lentuli timidum esse dicebãt, erã plane: timebã enim ne euenirent, ea quæ acciderunt: idẽ nunc nihil timeo & ad omnem euentum paratus sũ. Cum aliquid uideatur caueri posse, tum id negligi dolebam. Nunc uero euersis omnibus rebus cum consilio profici nihil possit. Vna ratio uidetur quicquid euenerit: ferre moderate, præsertim cum omnium rerũ mors sit extremum: & mihi sim conscius me quoad licuerit dignitati reipu. consuluisse, & hac amissa salutem retinere uoluisse. Hæc scripsi: non ut de me ipse dicerem: sed ut tu: qui coniũctissima fuisti mecum & sententia & uoluntate, eadem cogitares. Magna .n. consolatio est, cum recordare etiam si secus acciderit, te tamẽ recte uereq; sensisse. Atq; utinam liceat aliquando aliquo reipublicæ statu nos frui, interq; nos conferre sollicitudines nostras: quas pertulim', tum cum timidi putabamur, quia dicebamus ea futura quæ facta sunt. De tuis rebus nihil esse quid timeas præter uniuersæ reipu. interitum tibi confirmo. De me aũt sic uelim iudices: quãtum ego possim me tibi saluti tuæ: liberisq; tuis: summo cum studio p̃sto semper futurum. Vale.

ASC. ET si &c. Consolatur eundem Toranũ fere cõsueto modo consolandi: dicẽs. Et si. i. quãq̃: cũ ego scribã hæc ad te: aut exit' huius belli calamitosissimi: q̃a ciuilis: & in perniciẽ reip. uergentis: uidebatur appropinquare: aut aliq̃d uidebat tam actum: & confectum .s. de bello. Tamen ego cõmemorabam. i. memoria reuoluebam: quotidie te unum fuisse in tanto exercitu assensorem mihi: & me tibi: quia ambo sentiebant potius pacis iniquæ conditiones suscipiendas: q̃ bellum obeũdum: & nos solos uidisse. i. cõsiderasse: q̃tũ mali eēt: i eo bello: i quo spe pacis exclusa: ipsa uictoria utriusq;. s. partis: eēt futura acerbissima: quæ aut esset allatura tibi interitum si esses uictus: aut seruitutẽ sub dominatione Põpeianoꝝ si uicisses: aut accipiatur generaliter secunda persona pro quacunq;: nam utriusq; partis uicti interitũ passuri erant: & uictores seruitutem: cum alteruter uictor uidebatur rempu. oppressurus. Itaq; ego: quem illi uiri. s. nobilissimi: Domitii: & Lentuli: fortes: & sapiẽtes tum: idest ut nunc uidebantur: dicebant esse timidũ: eram plane. s. timidus. Timebam enim ne ea: q̃ acciderunt euenirent. Loq̃tur ergo de bello Africano: aut alio post Pharsalicũ cõflictũ gesto: idẽ nunc nihil timeo: & sum paratus ad oẽm euentum. Cãm affert cur tunc timuerit: & nunc nõ timeat. Cũ. i. q̃diu: aliquid uidebatur posse caueri tũ. i. tũc: dolebã. i. ægre ferebam: illud negligi: nũc uero oibus rebus euersis: cum nihil possit p̃fici. i. nullus possit fieri p̃fectus: consilio: una. i. sola ratio uidetur. s. amplectenda: utpote ferre moderate: quicquid euenerit: præsertim cum mors sit extremũ oĩum rerum: unde Flaccus in epistolis. Mors ultima linea rerum est: & sup. cũ sim conscius mihi me consuluisse reip. q̃d licuerit: & uoluisse retinere salutẽ: hac. s. rep. amissa. Ego scripsi hæc: non ut ipse dicerem de me: sed ut tu: q fuisti: & sn̄ia: & uoluntate cõiunctissima mecum: cogitares eadem. Magna enim cõsolatio est: cũ recordare. i. recorderis: etiã si acciderit secus: idest aliter: te tñ sensisse recte: & uere. i. iuste: atq; utinã liceat aliq̃n nos frui aliquo statu reip. & cõferre inter nos sollicitudines nostras: quas pertulimus. Id enim iucundũ esse innuit Æneas apud Maronem sic Forsan: & hæc olim meminisse iuuabit: tunc cum putabamur timidi: sup. ideo: q̃a dicebamus futura ea: q̃ facta sunt. Ego cõfirmo. i. firmiter assero tibi nihil esse: quod timeas: idest timere debeas: de rebus tuis: præter interitum uniuersæ reipubl. q. d. non esse specialiter notatum: aut inuisum cuiq̃. Autem. i. sed: ego uelim sup. ut iudices de me sic: me futurum semper præsto. i. paratũ auxilio tibi: saluti tuæ: & liberis tuis: cum summo studio. i. summo studio cõcomitante: si enim pro instrumento acciperet nõ adderet præpositionem. Vale.

VBE. NOn ea. Post cladē pharsalicā:cum hic Domitius in Italiam se recepisset:neq; Cicero ad eum quicq̄ scripsisset: hac epistola se excusat:ostendens eam solam fuisse causam:q̄ in tantis malis nullam haberet consolationem:q̄ ut ad eum scriberet:cum ipse consolatione indigeret:nunc tamen eum consolatur:q̄ hoc bellum ingressus sit ea intētione:ut reipu. prodesset q̄tum potest:q̄ si secus accideret statuisse sibi finem propositi sui:quem ortum ab ipsa dedisset:hortatur deinde eum:ut curet diligenter salutem:& incolumitatem suam. Postremo pollicetur ei Cicero:quicquid pro eo efficere poterit. ¶ Non ea res. hoc dicit Cicero se non prætermisisse scribere ad ipsum Domitium ob eam causam quia nullas ab eo accepisset literas. ¶ Deterruit. detinuit:remouit. ¶ Quominus. ut non. ¶ Suaderem. cōsulerem. ¶ Hæc. scilicet tempora: uel conditiones horum temporum. ¶ Nihilo meliora. erāt ante. ¶ Etiā atq; etiam. multo desperatiora sine comparatiōe magis sine spe:& in deteriori conditione: & ut apertius declarem:quod uulgo dicimus:centies millies magis sine spe. ¶ Inanes. uacuas: sine eo pondere: uel pollicitationum:uel suasionum:uel consolatiōum:quas uoluissem posse afferre. ¶ Quam nullas. q̄ nihil scribere. ¶ Ego. adducit rōnes ualidissimas:quare debeat ferre ea:quæ acciderunt:præsertim cum secutus sit illud bellum ea mente:ut sibi constitueret eum finem: quem fortuna uoluisset. ¶ Conatū. tentauisse. ¶ Muneris. honoris. ¶ Præstare. efficere. ¶ Terminum finem. ¶ Nostrarum contentionum. nostrarum discordiarum:& bellorum. ¶ Qui pendent ex te. qui sine te non possunt esse incolumes:quia eorum incolumitas est ex te. ¶ Quæ didicisti. hortatur ut utatur his precibus:quæ ex philosophia didicit. ¶ Si non æquo si non quieto & contento. ¶ At. certe:saltem. ¶ Forti. constanti & magno:qui uincant perturbationes omnes ¶ Vel potius. correctio. ¶ Conducere. utilia eē: ¶ Detuli. significaui. ¶ Minus scripseris. non scripseris aliquid.

M.T.C.Domitio.S.D.

NOn ea me res deterruit: quo minus post eā quam in Italiam uenisti: literas ad te mitterem: q̄ tu nullas ad me miseras. Sed quia nec quid tibi pollicerer ipse egens rebus omnibus:nec quid suaderem:cum mihi metipsi consiliū deesset:nec quid consolationis afferrem:in tātis malis reperiebā. Hæc quamquā nihil meliora sunt:nūc etiam atq; etiam multo desperatiora:tamen inanes meas esse literas:quā nullas malui. Ego si te intelligerem plus conatum esse suscipere Reipublicæ causa muneris:q̄ quantum præstare potuisses,tamen quibuscunq; rebus possem, ad eam conditionem te uiuendi, quæ daretur, quæq; esset hortarer. Sed cum cōsilii tui bene fortiterq; suscepti, eum tibi finem statueris, quem ipsa fortuna terminum nostrarum contentionum esse uoluisset, oro obtestorq; te pro uetere nostra coniunctione, ac necessitudine, proq; summa mea in te beniuolentia:& tua in me pariter, te ut nobis parenti:coniugi, tuisq; omnibus quibus es:fuistiq; semper charissimus:saluum conserues:incolumitati tuæ:tuorumque:qui pendent ex te consulas. Quæ didicisti: quæque ab adolescentia pulcherrime a sapientissimis uiris tradita memoria: & scientia comprehendisti: his hoc tempore utare. Quos coniunctos summa beniuolentia: plurimisque officiis amasti, eorum desyderium si non æquo animo:at forti feras. Ego quid possim nescio, uel poti⁹ me parum posse sentio. Illud tamen tibi polliceor, me quæcunque saluti dignitatique tuæ cōducere arbitrabor tanto studio esse facturum, quanto semper tu, & studio, & officio i meis rebus fuisti. Hāc meam uoluntatē ad matrem tuam optimam fœminam, tuique amātissimam detuli. Si qd ad me scripseris, ita faciam:ut te uelle itellexero. Sin aūt tu minime scripseris: ego tamē oīa:quæ tibi eē utilia arbitrabor:sūmo studio diligenterq; curabo. Vale.

ASC. NOn ea res, &c. Cum Domitius post cladem Pharsalicam in Italiam se recepisset:neq; Cicero quicquā ad eum scripsisset:hac se epistola excusat.& operam suam illi pollicetur: dicens. ¶ Ea res q̄ tu nullas literas miseras ad me postea quam uenisti in Italiam:non deterruit me:quominus miterem literas ad te:hoc est non ideo misi ad te postea literas. ¶ Sed quia nec reperiebam quid pollicerer tibi:ipse egens rebus omnibus:nec quid suaderem tibi:cum cōsilium deesset mihi metipsi: nec quid consolationis afferrem in tantis malis. ¶ Hæc scilicet omnia iam dicta:quamquā nihilo.i. in nullo sunt meliora nunc:& supple sunt etiam:atq; etiā: idest cumulate:desperatiora multo:tamen malui meas literas eē inanes:idest friuolas:& inefficaces:q̄ nullas. ¶ Ego si intelligerem te conatum esse suscipere causa reipublicæ:plus muneris:idest obsequii:& laboris:q̄ quātum potuisses:scilicet uerisimiliter:præstare:idest exhibere:tamen:idest nihilominus:ego hortarer te: quibuscunq; rebus possem ad eam conditionem uiuendi: q̄ daretur:idest concederetur tibi:& quæ esset:sed cum tu statueris tibi eum finem cōsilii tui suscepti bene:id. est decenter & fortiter:quem ipsa fortuna uoluisset esse terminum:idest exitum contentionum nostrarum. ¶ Ego oro:& obtestor te pro nostra uetere coniūctione:ac necessitudine:& pro summa beniuolentia mea in te:& pariter tua: scilicet beniuolentia in me:ut conserues te saluum nobis:parenti: coniugi: & omnibus tuis:quibus es:& fuisti semper charissimus: & supple ut consulas:idest consilio tuo:auxilio sis:& prospicias incolumitati tuæ:& tuorum:qui pendent:idest quorum salus pēdet ex te:& supple ut utare hoc tempore iis:quæ didicisti:& comprehendisti memoria:& scientia pulcherrime ab adulescentia:scilicet tua:traditis:scilicet tibi:a uiris sapiētissimis:hoc est:feras desyderium:idest mortem:& absentiam eorum: quos coniunctos:scilicet tibi summa beneuolentia:& plurimis officiis amasti:feras inquam:si non æquo animo:at:idest saltem forti:scilicet animo. ¶ Ego nescio quid possim:uel potius sentio me posse parum:tamen ego polliceor tibi illud me esse facturum:quæcunq; arbitrabor conducere:idest utilia fore saluti:& dignitati tuæ:tanto studio:quanto studio:& officio:tu fuisti semper in rebus meis. ¶ Ego detuli:idest denunciaui:hanc uoluntatem meam:ad matrem tuam:fœminā optimā & amantissimam tui. ¶ Si scripseris quid:idest aliquid ad me:ego faciam ita:ut itellexero te uelle. ¶ Sin autem:idest sed si tu minime:idest nequaq̄ scripseris:ego tamen:idest nihilominus:curabo summo studio:& diligenter omnia:quæ arbitrabor esse utilia tibi. Vale.

VBE.

SI te dolor. M. Marius ciuis amplissimus: cũ podagra laboraret: receperat se rus: uerũ cum intellexisset interea Ro. celebratos esse magnificentissimos ludos: scripserat ad Cicero. ut aliquid ad se scriberet: quo minus eos ludos praeter misisset: neq; eis interfuisse poeniteret. Itaq; Ci. hac epistola attenuat uoluptatẽ illorum ludorum quãtum potest nõ tñ q neget eos magnificẽtissimos fuisse: sed qđ uiris grauibus: q & aliis studiis grauioribus delectari solent: di, et potius fuisse allaturos molestiam. q̃ uoluptatem: esseq; animi magni: & excelsi ea contemnere: quae caeteri admirant. Laudat aũt ocium ipsius Marii: sicut modo id transtulit in literarum & lectiones rerum egregiarum. Describit antẽ fere totũ apparatum: & magnificentiam ipsorum ludorũ. Postremo dicit se cupere ita leuari quibusdam negociis: quibus impeditur: ut possit cum eo in uilla uictare. ¶ Si te. facit argumentum in duas partes diuisum est aũt sensus: si non uenisti ad ludos: quia per ualitudinem malam tibi non licuerit: non attribuo id sapiẽtiae: tuae: sed fortunae potius: quae te infirmitate detinuit: si aũt non uenisti: quia ea contẽnenda: & paruifacienda putaueris: quae caeteri admirantur: & si pp̃ter hãc cãm: q ea cõtẽnas nõ uenisti: cũ nõ ĩpediente ualitudine uenire posses: duplici cã laetor: & q sine dolore corporis fueris: & q magnũ animũ habueris ad haec contẽnenda. ¶ Infirmitas. debilitas: qa põt etiã esse bona ualitudo. ¶ Fortunae. casui ¶ Quã sa. tuae. quia si impeditus mala ualitudine pp̃ter eam p̃termisisti uenire: non aũt quia: ut sapiẽs non curaueris: non consilio sed fortuna hoc fecisse uideris. ¶ Sin. alia ps. ¶ Caeteri. q̃ uulgares. ¶ Duxisti. existimasti. ¶ Per ua. ualitudine permittente: & non impediẽte. ¶ Tamen. q̃uis posses. ¶ Vtrunq;. i. utraq; cã. ¶ Et si do. prima cã. ¶ Et aio ua. i. habuisse animũ magnum nec uictum ab huiusmodi inanibus cupiditatibus: & ẽ secunda cã. ¶ Sine causa. qa sunt res uanae: neq; admiratione dignae. ¶ Neglexeris. non curaueris. ¶ Modo. ut pro dũmodo: uel sic distinguendum: cum neglexeris ea: quae alii mirantur: modo pro dũmodo. s. neglexeris. s. ita. ¶ Vt fructus. ut utilitas. ¶ Constiterit. pro extiterit: uel appar uerit: uel suppetierit. ¶ Quo. ocio ¶ Licuit tibi. permissum est tibi: potuisti. ¶ In ista. in ea ubi tu es. ¶ Neq;. hoc dicit Cice. q quãuis Marius parasset sibi uillas ad amoenitatẽ aptas: non tamen dubitat: quin consumpserit tempora matutina in lectiunculis aliquibus. ¶ Cubiculo. locus ubi cubatur: & dormitur: cubiculum dicitur. ¶ Stabianum & Scyanum: nomina sunt uillarũ. ¶ Perforasti. fecerat enim fenestra: ut ex cubiculo longe posset prospicere. ¶ Patefecisti. aperuisti: defecto aliquo modo. ¶ Lectiunculis. usus est diminutiuo: ut ostendat eum uel aliquid legere debuisse. ¶ Interea. dũ tu legebas. ¶ Illi amici tui. ¶ Istic. ruri. ¶ Semisomni. cũ enim spectamus aliquid quo non delectamur: obrepit nobis somnus. ¶ Cões. uulgares: quotidianos. ¶ Mimos. histriones: gesticulatores scaenicos. ¶ Reliquas par. praeter matutina tempora. ¶ Ad arbitrium. ut uolebas. ¶ Compararas. constitueras.

Cubiculum

Stabianum

Scyanum



M.T.C. EPISTOLARVM FAMILIARIVM LIBER SEPTIMVS.

M.T.C.M.Mario.S.D.

SI te dolor aliquis corporis: aut infirmitas ualitudinis tuae tenuit: quominus ad ludos uenires: fortũae magis tribuo, q̃ sapiẽtiae tuae. Si haec quae caeteri mirantur: contẽnẽda eẽ duxisti: & cum per ualitudinẽ posses uenire tñ noluisti: utrũq; laetor, & sine dolore corporis te fuisse: ac aĩo ualuisse. Cũ ea quae sine cã mirãtur alii neglexeris: mõ ut tibi cõstiterit fructus ocii tui: quo quidem tibi pfrui mirifice licuit, cũ esses in ista amoenitate pene solus relictus. Neq; tñ dubito: quin tu ex illo cubiculo tuo, ex quo mihi Stabianũ pforasti, & patefecisti Scyanum, per eos dies matutina tpa lectiũculis cõsumpseris, cũ illi interea, qui istic reliquerũt, spectarent cões mimos semisomni. Reliquas uero partes diei tu cõsumebas his delectationibus. quas tibi ipsi ad arbitriũ tuũ cõpararas.

ASC.

SI dolor &c. M. Marius ciuis amplissimus podagra laborãs ruri agebat: quo circa: cum audisset Romae celebratos esse ludos magnificẽtissimos: absentiã suã aegre ferẽs scripserat ad Ciceronẽ: ut de eis ad se scriberet. Cui nunc respondẽs Cicero extenuat illorum magnificentiã: laudatq; ociũ Marii: describitq; fere totum apparatum ludorum superuacuũ. Et postremo dicit se uelle expeditis negociis cum eo in uilla ocio uacare. ¶ Ordo est. Si aliq̃s dolor corporis: aut infirmitas. i. debilitas: ualetudinis. i. sanitatis tuae tenuit te: quominus. i. ut nõ uenires ad ludos. s. Romae exhibitos: ego tribuo magis fortunae tuae: q̃ noluit te frustra acciri Romã: q̃ sapiẽtiae tuae quia per ipsam nõ steteris: q nõ uenisti. ¶ Sin. i. sed si: tu duxisti. i. existimasti haec. s. ludrica: q̃ caeteri: utpote plebeii: mirant: esse contẽnenda: ego laetor utrũq;. s. & simul te fuisse sine dolore corporis: &. i. simul: te ualuisse aio: cũ neglexeris ea q̃ alii mirent sine cã: eo: q nõ sunt admiratiõe digna: mõ ut. i. dũmodo ita sit: ut fructus. i. utilitas ocii tui: cõstiterit. i. not² fuerit tibi: qa nõ oẽs: q beati eẽ pñt cõtinuo beati sunt: eo qđ nesciũt: unñ Maro. O fortunatos nimiũ bona si sua norit Agricolae: quo. s. ocio: licuit tibi pfrui. i. ad plenũ frui: mirifice cũ esses relictus pene. i. q̃si solus ĩ ista amoenitate. s. rurali. ¶ Neq; tñ dubito qn cõsumpseris p eos dies tpa matutina lectiũculis. i. legẽdo subinde libros aliquos: ex illo cubiculo tuo: ex quo pforasti mihi. i. ad uotũ meũ. alii tñ habẽt tibi: Stabianũ: ptẽ uillae sic uolatã: & patefecisti Scyanũ: alterũ locũ uillae: forte a σκιά scia. i. umbra dictũ: uñ patefecit eum faciẽdo fenestras: cũ ante esset umbrosus: cũ illi: q reliq̃runt te istic. i. ruri: aut in uilla tua: spectarẽt iterea cões. i. uulgares: mimmos. i. histriones: & actores ludoꝝ gesta corporꝝ: entes: supple semisomni. i. q non nisi ad dimidium satis dormierant: aut pp̃ter lẽtam actionem somno oppressi.

Nobis autem erant ea perpetienda: quæ scilicet. Pō. Metius probauisset. Omnino si quæris, ludi apparatissimi: sed nō tui stomachi, coniecturam enim facio de meo. Nam primum honoris causa in scænam redierant hi: quos ego honoris causa de scæna discessisse arbitrabar. Delitiæ uero tuæ noster Aesopus eiusmodi fuit: ut ei desinere per omnes homines liceret. Is iurare cum cœpisset: uox eum defecit, in loco illo. Si sciens fallo. Quid tibi ego alia narrem? Nosti.n. reliquos ludos. Quid ne id quidem leporis habuerunt, quod solent mediocres ludi? Apparatus enim spectatio tollebat omnem hilaritatem. Quo quidem apparatu non dubito, quin animo æquissimo carueris. Quid enim delectationis habent sexcēti muli in Clytēnestra: aut in equo Troiano craterarum tria milia, aut armatura uaria peditatus & equitatus i. aliqua pugna? Quæ popularē admirationem habuerūt delectatiōem tibi nullam attulissent. Quod si tu per eos dies opam dedisti Protogēi tuo: dummodo is tibi quiduis poti⁹ q̄ oratiōes meas legerit: ne tu haud paulo plus q̄ q̄squam nostrū delectationis habuisti.

VBE. ¶ NObis. qui eramus Ro. & spectabamus ludos. ¶ Perpetienda. cum magna molestia ferēda. ¶ Scilicet. ironice dicit. & indignationē: & stomachationem animi ostendit. ¶ P. Metius. is erat prætor: qui & histriones: & cantores. & alios huiusmodi cōducebat ad ludos celebrādos. Iuue. Nullius fibula durat uocem uendentis prætoribus. ¶ Si quæris. modus est dicendi pro si scire uis. ¶ Tui stomachi. i. appetitus animi tui. i. qui tibi potuissent placere: est aūt translatio a corpor. ¶ Cōiecturā. e. fa. idest coniicio ex stomacho meo: cui nō placuerūt ista: q nō placuissent etiā tuo. ¶ De meo. stomacho. ¶ Nā primū. ostēdit quare hæc non placuerīt: dicit. n. q quidā: qui discesserāt ex scæna: & putabantur discessisse: & esse amoti honoris cā: ne essent dedecori: redierūt postea in scænam: ut honestarent ludos. ¶ Discessisse cā ho. idest discessisse ne dehōestarēt ludos. ¶ Delitiæ tuæ. quem habes charissimū. ¶ Æsopus. mimi & actoris scænici nomen est hoc loco: nā alius fuit fabulator in Phrygia: de quo scribit Gellius: cuius extāt suauissimi apologi. ¶ Eiusmodi fuit. ita se gessit. ¶ Vt liceret ei p oēs homines desinere. i. ut omnes essent ɔtenti: q desineret a recitatione: quia male se gessit. ¶ Is. declarat quare oēs æquo animo ferrēt: ut desineret. ¶ Cū cœpisset iurare. erat locus in tragœdia: quā pronūciabat ubi erat aliquod iuramentum: q cum ille incœpisset: statim uox eum defecit. i. dereliquit: ita q nō potuit pnūciare. ¶ In eo loco. dicit qui fuerit loc⁹ tragœdiæ. ¶ Si sciens fallo. hic erat locus in quo incipiebat iurare: cū uox eum defecit. ¶ Reliquos ludos. in quibus nō recitabantur comœdiæ: sed fiebāt: aut gladiatorum certamina: aut uenationes aliquæ. ¶ Leporis. suauitatis. ¶ Apparatus enim. dicit tantum fuisse rerum apparatum: quod ludi ipsi spectari cum delectatione non poterant. ¶ Animo æquissimo. i. ualde libenter: sine dolore aliquo. ¶ Quid. n. iam describit apparatum. ¶ Clytēnestra. Clytēnestra uxor Agamēnonis maritum interfecit: de qua tragœdia facta ē & ab ea appellata: quam nunc intelligit: dicit igit̄ repræsentatione huius tragœdiæ fuisse apparatum sexcentorum mulorum: sicut uisum est Mediolani sæpe in oblationibus portarū: ubi uel currus: uel equi multi: & muli etiā onerati auro & argento: & uestibus sericis ducūtur. ¶ In equo Troiano. alia tragœdia: quæ continebat proditionē: quā fecerūt græci Troianis p equum æreum: siue ligneum: sicut scribit Virgi. lib. ii. æneidos. ¶ Craterarum. paterarum: uidi etiam Mediolani: q̄ plurimas crateras ferri ad pompā: cum fiunt oblationes. ¶ Varia. diuersi generis. ¶ Popularem admirationem habuerunt. idest quæ populus tantum admiratus est. ¶ Tibi. uiro grauissimo. ¶ Protogeni. nomen est liberti: Anagnostæ Marii. i. qui Mario legebat. ¶ Quid uis. q̄libet. ¶ Potius q̄. notat arrogantiam. ¶ Dedisti operam. intendisti. ¶ Ne. hic nō ponitur pro certe: ut quidam putant: quia sensus nō patitur sed sic. ¶ Ne haud paulo plus. i. paulo plus: nam duæ negationes affirmant.

Æsop⁹

Clytē nestra

ASC. ¶ VEro. i. sed: tu cōsumebas reliquas partes diei. i. pter matutina tpa: his delectatiōibus: q̄s ipse. i. tute: cōpararas. i. cōqsiueras: ad arbitriū tuū. ¶ Ea aūt: q. s. Spurius Metius: ptor Vrbanus: Prætor. n. ludos celebrādos cōducebat: luu. Nullus fibula durat uocē uendētis ptoribus: iterdū tñ ædiles curules ludos curabāt: ut patet de comœdiis. Terētianis. Sūt q p Spurio Publiū legāt. ¶ Scilicet aūt per indignationē ponit. q. d. si diis placet: pbauisset: erāt nobis perpetiēda: cū q̄ doctis placēt sint doctis cruciatui. ¶ Si quæris oino. s. scire q̄les fuerint ludi: ludi sup. fuerūt apparatissimi. i. maximo sumptu: & apparatu instructi: sed nō sup. fuerūt stomachi tui. i. qui tibi saperent ac placerent: facio. n. cōiectură de meo. s. stomacho: cui nō sapuerūt. ¶ Nā primū ii: quos ego arbitrabar decessisse de scæna. i. de pscænio: hoc ē loco in quo agebātur ludi: ei honoris: ne. s. præsentia sua ludos dehonestārēt: cū essent inhonesti: redierūt in scænā cā honoris. i. ut ludos honorificēt. ¶ Vero. i. sed: Æsopus noster. s. Histrio nobilissimus: appositorie delitiæ tuæ. i. in quo tātopere oblectaris: fuit eiusmodi. i. talis in agēdo: ut liceret ei per oēs hoies. i. nullo reclamante: cū oēs satiati eēnt ante finē ludoꝝ: desinere. s. ab agēdo: is cū cœpisset iurare: ut fit in fabulis: uox defecit. i. deseruit eū: in illo loco. i. cū diceret illa uerba. Si sciēs fallo. ¶ Quid. i. ad quid: ego narrē tibi alia. ¶ Tu. n. nosti reliquos ludos: in qbus. s. parū decoris eē solet. ¶ Quid? sup. dico reliquos hi sup. ne quidē. i. nō saltē: habuerūt id decoris: q ludi mediocres solēt. s. habere. ¶ Enim. i. qa: spectatio. i. freques inspectio apparatus: tollebat oēm hilaritatē. ¶ Quo quidē apparatu nō dubito quin carueris ęqssimo aio. ¶ Eni. i. qa: qd delectationis habēt sexcēti muli in Clytemnestra. s. per popam deducenda in fabula: aut tria millia craterarum. i. id genus poculorū. Dicit hic crater: in accusatiuo hūc cratera: unde fit nominatiuus hæc cratera. Huiusmodi autē crateræ ostētabātur pro inclusis in equo ad usum potādi: nisi sit legendū cratium: qbus equus intrinsecus itexebatur. Certum est q Clytēnestra est nomē fabulæ: sicut equus troianus: q̄ denoiantur a re pcipua in eis acta. Clytēnestra aūt erat uxor Agamēnonis principis exercitus græcorū: quæ cū Ægistho adulteriū cōmisit absente marito: & reuersum eius ɔsilio iterfecit: tū ab Creste filio interfecta est. Cū ergo ageret imperatricē sexcētis mulis in fabula usa fingebatur. In equo aūt Troiano q̄ plurimi græcoꝝ fuerāt inclusi: uñ ad pōpā illis tria millia craterarū in fabula assignabant: & armatura uaria peditatus & eqtatus in aliq̄ pugna: qd delectatiōis habet. q. d. nihil. ¶ Quæ. s. supradicta in apparatu supfluo ɔsistētia: aut ea: q̄ habuerūt admirationē popularē: nullā delectationē attulissent tibi: q si tu opā dedisti p eos dies. s. qb⁹ ludi tales exhibebant: Protogeni. s. liberto: & Anagnostæ. i. lectori tuo: sonat aūt Protogenes id: q primus generis: dūmō is. s. Protogenes Anagnostes tuus: legerit tibi potius qduis. i. quancūq: aliam rem: q̄ orationes meas: ne. i. certe: tu habuisti haud. i. nō: paulo plus: immo multo plus: delectatiōis: q̄ quisquam nostrū. Modeste autem dicit q̄ oratiōes meas: quasi uero in illis: aut operam perdidisset: aut minus delectationis habuisset.

¶ Non enim

¶ NON.n.occurrit obiectioni:ne fortasse diceret Marius se desyderasse alios fortasse ludos:ut puta græcos:& oscos:tñ det Ci.se ñ credē eũ tales ludos desyderaſ:& adducit rõnes cũ ioco:aut ẽt scõmate quodã:dicit.n.Ci.q ñ credit Mariũ desyderasse ludos:uel oscos:uel græcos:qa oscos nõ mõ ĩ theatro:sed ẽt in senatu ipso spectare possit:tāgit āt quosdā senatores:q fœde:& obscœne loquerent:quos dicit quodāmõ repsentare ludos oscos scænicos.Nā oscos:q & capuēses dicunt:appellati sunt auctore Festo ab oris fœditate.Dicit ergo Ci.credo te nõ desyderasse ludos oscos:qa eos spectaſ potes ĩ sẽatu nr̃o:ubi sũt q osce loquunt.i.fœde.Addit pterea eũ ñ desyderare græcos ludos:qa ita oderat Mari⁹ græcos: ut cũ eẽt uia:q̃ ad uillā eius ducebat:q̃ græca appellabaſ:pp odiũ græcorũ nollet ire p eā uiā.Romāi āt ludorũ morē ex diuersis gẽtibus:& patriis acceperunt. VBE. Osci Osce

Nõ.n.te puto græcos:aut oscos ludos desyderasse,pſertim cũ oscos ludos uel ĩ senatu nr̃o spectaſ possis. Grecos uero ita ames:ut ne ad uillā qdē tuā uia græca ire soleas.Nā qd ego te Athlætas putē desyderare,qui gladiatores cõtempseris:in qbus ipse Põpei⁹ confiteſ se & operā & oleũ perdidisse.Reliquæ sũt uenatiões:binæ per dies quinq; magnificæ,nemo negat.Sed quæ potest esse homini politico delectatio,cum aut homo imbecillis a ualentissima bestia laniatur,aut præclara bestia uenabulo trāsuerberaſ.Quæ tamē si uidēda sint,sæpe uidisti,neq; nos,qui hæc spectauimus quicquam uidimus noui. Extremus elephantorum dies fuit,in quo admiratio magna uulgi,atq; turbæ,delectatio nulla extitit.quinetiā misericordia quædam consecuta est:atq; opinio eiusmodi esse quādam illi beluæ cũ genere humano societatē. His ego tamen diebus ludis scænicis,ne forte uidear tibi non modo beatus:sed liber oĩno fuisse,dirupi me pene ĩ iudicio Galli Canini familiaris tui. Quod si tam facilē populũ haberē q̃ Aesopus habuit:libenter mehercule artē desinerē,tecũq; & cũ similib⁹ nr̃i uiuerē.

¶ Athlætas.certatores:pugiles:luctatores. ¶ Qui cõ.gla.q paruifeceris spectare gladiatores:ĩ qb⁹ poterat eē maior delectatio:q̃ ĩ athlætis. ¶ Operā & oleũ puerbiũ ē:q Macro.scribit:quēdā docuisse picā pferre.Est aũt tractũ:uel a palæstritis:qb⁹ dabaſ oleũ:ut ungerent:uel ab his:q multũ:& frustra uigilātes oleũ ɔsumũt.uñ ē in puerbio studiosorũ:plus olei:q̃ uini cõsumpsi:uñ Iuue.de historiographis.Vester porro labor fœcũdior historiarũ scriptores:parit h plus tpis:atq olei pl⁹. ¶ Binæ.duæ:qd ĩ usu:& apud Ci.& apud Qui.& Liuiũ inueniẽt cũ his:q̃ declinanſ ĩ singulari. ¶ Mgnificæ.s.fuerũt. ¶ Sed q.quis fuerit magnificę dicit tñ eas hoi ciuili nõ fuisse allaturas delectationē. ¶ Politico.ciuili:nā πόλις ciuitatē sigñat. ¶ Valētissima.ut leõe:aut urso:q sæpe ĩ eiusmodi spectacula ducebanſ.Hora.ĩ epl̃is.Ducunt aut ursũ:aut pugiles:nā plebecula gaudet. ¶ Transuerberatur.transfigitur. ¶ Vidēda.digna:ut uideanſ. ¶ Sæpe.alio tpe:itaq nũc debes min⁹ ea desyderare. ¶ Quicqd noui.i.aliqd qđ nõ uiderim⁹ alio tpe. ¶ Extrem⁹ dies.spectaculorũ. ¶ Fuit elephā.fuit quo elephanti exhibiti sunt. ¶ In quo.ĩ qua re.i.q elephāti exhibiti sunt ĩ spectacula. ¶ Vulgi.qđ oĩa ẽt minima solet admirari:& stupere. ¶ Quĩetiā:insuper:imo. ¶ Misericordia.cõmotio qdā al. ¶ Eiusmodi.talis. ¶ Quādā societatem.i.quandā cõuenientiam. ¶ Cũ genere hu.i.cũ hoĩbus: De elephātibus Solinus sic scribit.Elephāti iuxta sensum humanũ itellectus hñt:memoria pollent:siderũ seruāt disciplinā:& post multa de eis miranda:rursus sic inqt:ppter fœminas nunq̃ dimicāt:nulla.n.nouerũt adulteria:inest in illis clæmētiæ bonũ.Quippe si p deserta uagabũdũ hoiem forte uiderit:ductus adusq; notas uias pbẽt:uel si ɔfertis pecorib⁹ occursitẽt:itiera sibi blāda:& placida manu faciũt:neq; animal interimũt ɔflictu fortuito.Si qñ pugnatur nõ mediocrem habẽt curā sauciorũ:nā fessos uulneratos q in mediũ receptant:cũ captiuitate uenerint in manus hoĩum:māsuescũt ordei succo:maria trāsmeaturi naues nõ prius subeũt:q̃ de reditu illis sacramentum iuaſ.Dicit ergo nũc Ci.q in illa uenatiõe ubi exhibiti sunt elephāti:cognitũ ē:q elephāti uiderētur habere quādā ɔueniētiā cũ hoĩbus:de elephātis ẽt multa scribit Pli. ¶ His ego.dicit nũc se his dieb⁹:quibus ludi scænici acti sunt:nõ tñ caruisse molestia:qa necesse fuit:ut defenderet cām Caninii cuiusdā. ¶ Scænicis.theatralibus:non scæna para est theatri. ¶ Sed liber.quia fui in officio alieno:& nõ in arbitrio meo. ¶ Dirupi.nimia contentione dicendi uexaui. ¶ Iudicio.cā iudiciali. ¶ Tam fa.q̃.Aeso.i.si ita mihi pmitteref a populo desinere ab agēdis causis:sicut permittitur Æsopo desinere ab actione histrionica:profecto libenter desinerem. ¶ Artem.s.dicendi:& agendi causas. ¶ Desinerem.i.omitterem. ¶ Similibus no.i.uiris doctis:& literarum studiosis. Prouerbium Quinetiam Elephanti Scæna

¶ NON.n.puto te desyderasse ludos græcos:aut oscos.i.aut apud græcos ĩuetos:ut sunt fere comœdiæ:& tragœdiæ:aut apud oscos:ut sunt athelanæ fabulæ:sed p iocũ rõnes affert:cur tales nõ dẽat desyderaſ:pſertim:cum possis spectaſ ludos oscos.i.ab obscœnitate oris denoiandos:uel.i.ẽt:ĩ sẽatu nr̃o.i.Romão:ĩ quo utergi erat.q.d.illic eẽ q obscœnitate loqndi oscos repsentẽt:uero.i.sed:cũ tu ames græcos ita.i.tāto odio pseqũris:ut neqdē.i.nõ saltē:soleas ire ad uillā tuā uia græca. ¶ Nā qd.i.ad qd:ego putē te desyderare athlętas.i.pugiles:& luctatores:q cõtẽpseris gladiatores:quorũ tñ spectaculum uſ delectabili⁹:cum sit piculosius:& artificiosius:in qbus.s.gladiatorib⁹:ipe Põ.q eis plurimũ oblectari solebat:ɔfiteſ se pdidisse:& opam:& oleũ.i.ipẽsam & laborē. ¶ Reliq sunt.i.pter dictos appat⁹ sunt uẽatiões p dies qnq; binæ.i.singlis e qnq; dieb⁹ duę:& ita.x.magnificę.q.d.dices forte ex aliorũ relatu:q fuerit magnificæ:nẽo negat.s.magnificas fuisse. ¶ Sed q̃ delectatio pt eē hoi politico.i.ciuili:cũ aut hõ ibecillis laniaſ a bestia ualẽtissima:aut bestia pclara trāsuerberaſ uẽabulo.i.cuspide uẽatoria.q.d.nulla:talia āt fiebāt ĩ uẽatõib⁹ ĩ harena exhibitis:nā ad bestias dānati obiiciebanſ bestiis:aut ad h exercitati sese locarunt ad trāsfigēdas feras. ¶ Quæ.s.spectacula:tñ.i.nihilomin⁹ si sint uidēda:tu uidisti sæpe. ¶ Neq; nos:q spectauim⁹ h:uidim⁹ qcq̃ noui. ¶ Extrem⁹.i.ultim⁹ dies ludorũ:fuit elephātorũ.s.exhibitorũ spectaculo ĩ quo.s.die:magna admiratio uulgi:atq; turbę extitit:nulla delectatio extitit.i.emersit:qnẽt qdā misericordia ē ɔsecuta:atq; ooio eiusmõi:uz qdā societatē eē illi beluæ.i.elephāto:cũ gñe hũano:qa cũ potuissẽt sæuire ĩ hoĩes uictos noluerũt.uñ Soli.Elephāti iuxta sensũ hũanũ itellect⁹ hñt:mẽoria pollẽt:sydera seruāt disciplinā:ĩest illis clæmẽtię bonũ:qppe si p desta uagabũdũ hoiem forte uiderit:duct⁹ ad notas usq; uias pbẽt:uel si ɔfertis pecorib⁹ occursitẽt:itinera sibi blāda:& placida manufaciũt:neq; aial iterimũt ɔflictu fortuito.Si qñ pugnaſ nõ mediocrē hñt curā sauciorũ:nam fessos uulneratosq; ĩ mediũ receptant:&c. ¶ Tñ ne uidear tibi fuisse his dieb⁹:nõ mõ.i.ñ solũ btūs ludis scænicis.i.pp ludos scænicos:sed oĩno liber.s.ab oĩ cura:ego dirupi pene me:ĩ iudicio Galli Caninii familiaris tui:quē defendi ne cõtra eũ iudiciũ fieret:qđ si haberē populũ tā facilē:q̃.i.q̃tum:facile hũit Æsopus:q ob malā actionē statim dimissus est:mehercule:ego libenter desinerem artem.s.causidicorũ:& uiuerem tecum:& cũ similibus nostri.i.uiris studiosis. Elephanti

VBS. ¶ NAM cum. pbat ꝙ libēter desineret artē: si liceret ei per populū: dicit. n. ꝙ eū tēderet eū añ agere cās: cū erat iuuenis: & ambitiosus: & cū nō cogebaẛ defendere: quē nolebat: nunc multo magis tedet eū: quia & multū fructum capit ex his: quos defendit: & sæpe cogiẛ defendeẛ inimicos suos rogatu amicoꝝ. ⁋ Licebat nō de. i. poterā nō defendere. ⁋ Tū ue. multo magis. ⁋ Hoc tpe. quo ætas ē maturior: & minus ambitiosa: & uiuo ad arbitriū multoꝝ. ⁋ Vita nulla est. i. ingrata: & insuauis. ⁋ Peto. capio. ⁋ Nō optime. i. pessime. ⁋ Rogatu. pcibus. ⁋ Qui beneme. s. de me: q mihi beneficiū pstite rūt: qbus nō liceret ullo pacto negare. ⁋ Arbitratu meo. i. ut uolo: meo mō. ⁋ Rōnem. ppositum. ⁋ Laudo, & pbo. laudamus uerbis. pbamus ēt re. ⁋ Interuisis. interdū uisitas. ⁋ Lepoẛ. suauitate: & facetiis. ⁋ Neq li. qa uter q sum⁹ occupatissimi. ⁋ Molestissimas. grauissimas. ⁋ Relaxaro. leuauero: & iminut⁹ fuero. ⁋ Exoluam pla. i. liberē penitus. ⁋ Nō po. qa scio: ꝙ nō possem. ⁋ Cōmentor: exerceo: cogito: meditor. ⁋ Hūaniter. more hominū. ⁋ Imbecilitatē. ifirmitatē. ⁋ Obiẛ. adire. ⁋ Cōcursare. cōuenire: frequētare. ⁋ Nō ocii abūdātia. i. nō ꝙ supsit mihi tps: quo careā negociis. ⁋ Sȝ amoris. s. abūdātiā. ⁋ Subinuitaras. latēter iuitaras: signaras. ⁋ Si assecutus sum. si effeci: ut nō pœniteat te ptermisisse ludos. ⁋ Sin mi. s. assecutus sū. ⁋ Neq relinques spē. i. uenies ad uidēdos ludos: neq expectabis: ut ego meis lr̄is tibi afferā delectatiōe: sed eā quæres ueniendo ad ipsos ludos uidendos.

Nam me cum antea tædebat, cum & ætas: & ambitio me hortabantur, & licebat deniq̧, quem nolebā non defendere, tum uero hoc tempore uita nulla ē. Neq̧ enim fructū ullū laboris ex his peto: & cogor nōnūq̄ hoies nō optie de me meritos rogatu coꝝ: qui bene meriti sunt, defendere. Itaq̧ q̄ro cās omnes aliqū uiuendi arbitratu meo. Teq̧ & istā rōnem ocii tui: & laudo uehemēter: & probo. Quodq̧ nos minus interuisis: hoc fero aio æqore. ꝙ si Romæ eēs: tñ neq̧ nos lepore tuo: neq̧ te, siqs est in me, meo frui liceret, pp molestissimas occupatiōes meas, qb⁹ si me relaxaro (nā ut plane exoluā nō postulo: & ipm: & multos qdē ānos nihil aliud cōmētor) te docebo pfecto, qd sit hūaniter uiuere. Tu mō istā imbecilitatē ualitudinis tuæ sustētā: & tueẛ: ut facis: ut nr̄as uillas obire, & mecū sil lecticula cōcursare possis. Hæc ad te scripsi pluribus uerbis, q̄ soleo: nō ocii abūdātia: sed amoris erga te, quo me quadā ep̄la subinuitaras, si memoria tenes: ut ad te scriberē aliqd eiusmodi, quo minus te ptermisisse ludos pœniteret. Qd̄ si assecutus sū, gaudeo, sin minus hoc me tñ ꝯsolabor: qa post hac ad ludos uenies: nosq̧ uises, neq̧ i epistolis reliques meis spem aliquā delectationis tuæ. Vale.

ASC. ¶ NAM cum. s. ita sit: ꝙ tędebat me antea. s. sollicitudinis in causis dicēdis: cū. i. qū: & ætas. s. ualida: & iuuenilis & ambitio. i. cupiditas: perueniēdi ad magnos honores: hortabanẛ me. s. tali offō: p qd emergere possem incūbere: & licebat deniq̧ nō defendere: quē nolebam. s. defendere: qa nulli erat obnoxius. ⁋ Tū uero. i. tūc ita est p uero: ꝙ uita ē mihi nulla hoc tpe: hoc est: ꝙ sic crucier agēdo tot cās iuite: ut uidear mihi nō uiuere. ⁋ Neq̧ enim peto ex his ullū fructū laboris: & cogor nōnunq̄. i. interdū: defendere hoies nō optime: imo nequaquā meritos de me: rogatu. i. pp p̄ces eoꝝ: q benemeriti sunt. s. de me. ⁋ Itaq̧. i. & ita: q̄ro aut q̄so. s. a diis: oēs cās. i. uias: uiuēdi aliqn̄. i. tandē: arbitratu meo: & laudo uehemēter: & pbo. i. approbo te: & istā rōnē ocii tui. ꝙ q. i. & ꝙ: min⁹. i. nō interuisis. i. interdū uisitas nos: fero hoc aio æqore: ꝙ. i. qa: si tu eēs Romæ: tñ nō liceret nos frui lepore. i. uenusto sermone tuo: neq̧ te meo: si qs. s. lepor: est i me: pp occupationes meas molestissimas: quibus. s. occupatiōib⁹: si relaxaro. i. leuauero me: nā nō postulo: ut exoluam idest liberē me: plane. i. oino: & quidē. i. certe: cōmētor. i. aio agito: multos ānos ipm. s. ut absolui possim: nihil aliud. Alii legūt sic: & ipm qdem: & multos annos nihil aliud cōmētor: docebo te pfecto &c. sed nō placet: ut dicat se talē uirū docere uelle: psertim id: qd̄ nō ipse faciat: docebo pfecto. i. reuera: qd sit uiuere hūaniter. i. benigne: & ut hoie dignū ē. ⁋ Tu mō. i. solūmō: aut nō: sustēta: & tuere. i. ptegere ne qd deterius patiaẛ: istā. i. tuā: ibecillitatē. i. infirmitatē ualetudinis ut facis: ut possis obire. i. circūire nr̄as uillas. i. domos in agro positas: & cōcursare mecū simul lecticula. in q̄ senes: & potentes portabanẛ a seruis. ⁋ Ego scripsi hæc ad te pluribus uerbis: q̄ soleo: nō abūdātia ocii: sed amoris erga te: quo. i. p quē amorē: tu subinuitaras. i. occulte iuitaueras me: quadā ep̄la: si tenes memoria. i. si nō es oblitus: ut scriberē ad te aliqd huiusmodi: quo. i. p qd̄: minus. i. non: aut non tantope pœniteret te ptermisisse ludos. s. Romæ celebratos. ⁋ Quod. s. scripsisse: quo te minus pœniteret: si sum assecutus. i. si obtinui: & effeci: gaudeo: sin minus. i. si nō sum assecutus: tamen ego consolabor me: hoc. i. hac re: ꝙ uenies post hac ad ludos: & uises nos: neq̧ relinques aliquam spem delectatiōis tuæ i epistolis. i. quā capies ex eis: cū hæ nō delectēt. Vale.

M.T.C.M.Mario .S.D.

MAndatum tuum curabo diligenter: sed homo acutus ei mandasti potissimum, cui expediret illud uænire quamplurimo.

VBE. MAndatū tuū. Scriptus fuerat Ci. testō cuiusdā pdii hæres: cū quibusdā aliis cohęredib⁹ hoc pdiū cū Marius emere cupet: mandarat Ci. ut illud emeret. Præfinieratq̧ ei. p̄cium: qd̄ non pteriret: uel qd̄ ipenderet p eo pdio. Quare Ci. iocās eū carpit iprudētiæ: ꝙ mandasset id negociū ipsi Ci. cuius interesset illud pdiū uendi q̄plurimo serio tñ postea dicit se curaturū diligēter eius negociū. Deinde scribit se uicisse i iudicio Bursam quēdā: de quo dicit se scire Mariū uehemēter lætari: qa conatus fuerat oi ui oppugnare Ci. ⁋ Mādatū tuū. id qd̄ mihi mandasti: & cōmisisti: ut pte facerē. ⁋ Sed hō acu. subaudi es: ironice dixit. ⁋ Potissimū. p̄cipue: pter cæteros: qa maximā hēo in eo partē: & minus debueras mihi mādare: q̄ aliis: qa erat in pte res mea. ⁋ Expediret. utile eēt. ⁋ Vænire. uēdi: ē. n. infinitiu⁹ a uæneo, uęnis. ⁋ Quāplurimo. quāto maxio p̄cio posset. ⁋ Illud. uł pdiū: uel absolute illd̄: illa res: nā noluit declarare quid fuerit.

Vęnire

ASC. MAndatum tuum &c. Cicero acceperat ex testō prædium: de quo Marius scripserat: ut sibi ematur a Cicerone q̄ minimo queat: unde iocans Cicero: dicit sua interesse: ut q̄ maximo uendatur: dicit tñ se curaturum eius negocium: ac demum dicit se uicisse aduersarium suum nomine Bursam: de quo sperat Marium gausurū. ⁋ Credo est. Ego curabo diligenter mandatum tuum: scilicet ut prædium tibi ematur: sed tu homo acutus: qd̄ iocose dicit: tu mandasti. s. prædium tibi emi: q̄ minimo: potissimum. i. maxime ei cui expediret. idest utile esset: illud. s. prædium uænire: idest uendi: quāplurimo: idest maximo prædio: hoc est mihi: eius ex testamento possessori.

¶ Sed eo

VBE.

¶ SED eo. quia dixit eum errasse in hoc q mandasset negociū ei: cuius interesset illud uendi q̄ maximo precio posset: dicit tamē q in hoc fuit cautus: quia praefiniuit ei preciū: qd' nō praeteriret: in quo tñ irridet ipsum: quia si permisisset ipsum precium in p̄tāte Ci. dicit: q tam emisset. ¶ Eo. p̄pter id: uel in eo. ¶ Vidisti multū. fuisti multū cautus: & prudens. ¶ Praefinisti. praescripsisti: determiasti: ut tñ impenderē: q̄tum scripsisses: nō plus. ¶ Quo. ut. ¶ Ne. nō. ¶ Pluris. q̄ scripsisses. ¶ Permisisses. reliquisses in p̄tāte mea. ¶ Confecissem cū cohaeredibus. i. cōdulxissem cū aliis: qui sunt instituti heredes mecum: quod tibi reliquissent ipm praediū. ¶ Qui meus amor est in te. i. per eum amorē: qui meus amor est in te: ē adt constructio usitata apud Ci. ut saepe ostendimus.

Sed eo uidisti multū, q p̄finisti: quo ne pluris emerē. Quod si mihi p̄misisses, qui me' amor in te ē: cō fecissem cū cohaeredibus. Nūc quoniā tuum p̄cium noui in licitatiotem potius ponam, q̄ illud minoris ueneat, sed de ioco satis ē. Tuum negociū agā sicuti debeo diligēter. De Bursa te gaudere certe scio: sed nimis uerecūde mihi gratularis. Putas. n. ut scribis p̄pter hominis sordes minus me magnā illam laetitiā putare. Credas mihi uelim magis me iudicio hoc: q̄ morte inimici laetatū. Primū. n. iudicio malo q̄ gladio: deinde gloria potius amici q̄ calamitate. In primisq; me delectauit tantum studium bonoꝝ in me extitisse contra incredibilem contentionem clarissimi ac potētissimi uiri. Postremo (quod uix uerisimile uideā fortasse) oderam multo peius hunc, q̄ illū ipsum Clodium. Illum enim oppugnaram, hunc defenderā. Et ille cum omnis respublica in meo capite discrimē esset habitura: magnū quiddā spectauit, nec quidem sua sponte, sed eorum auxilio, qui me stante stare nō poterant. Hic Simiolus amicum causa mei in quem inueheretur delegerat persuaseratq; nonnullis inuidis meis se in me emissarium semper fore. Quamobrem ualde iubeo gaudere te. Magna res gesta est. Nanq̄ ulli fortiores ciues fuerunt q̄ qui ausi sunt eū contra tantas opes eius a quo ipsi lecti iudices erant condēnare. Quod fecissent nunq̄ nisi his dolori fuisset meus dolor. Nos hic multitudine & celebritate iudiciorum. & nouis legibus ita detinemur, ut quotidie uota faciamus, ne intercaletur: ut q̄primū te uidere possimus. Vale.

¶ Nūc. adhuc iocat' Ci. & dicit: qd' nūc cum intelligat precium Marii: quod uult ipendere p̄ eo praedio: potius adhibebit licitatorē. i. aestimatorem: q̄ quod uendatur minoris. ¶ Tuū preciū. summā tui p̄cii: qd' uis impendere. ¶ Licitatorē. aestimatorem: qui preciū facit: a liceor uerbo: quod significat aestimare: preciū deferre: inde licitator: Ci. iii. offi. Non licitatorem uenditor: nec contra sequi liceatur emptor apponet. ¶ Veneat. uendat'. ¶ Minoris. q̄. s. praefinisti mihi. ¶ Sed de ioco. hoc subdit Ci. ne uideat' serio dixisse: & uelle id carius emere: q̄a p̄finitū esset sibi p̄ciū. ¶ Tuū negocium: emendi: qd' mādasti mihi. ¶ De Bursa. quē superaui i iudicio. ¶ Nimis uerecūde. nimis parce & modice. ¶ Vt scribis. scribebat Marius se putare Cic. nō multū gaudere: q uicisset Bursam: q̄a erat hō uilis: & sordidus: laus autem uictoriae pendet ex precio hominis. ¶ Hoc iudicio. quo uici Bursam. ¶ Inimici. uel Clodii: ut quidam uolunt: uel ipsius Bursae: ut sit sensus: magis laetatus sum uicisse inimicū meū iudicio q̄ si esset mortuus. ¶ Primum. una ex multis rationibus. ¶ Malo. s. uincere. ¶ Gloria amici. quis fuerit hi amicus nō satis constat: sed intelligimus aliquem esse oppugnatū ab illo Bursa. ¶ Studium. fauorē. ¶ Contentionē. orationē aduersariū. ¶ Clarissimi uiri. M. Crassum significat: qui hunc Bursam tuebatur. ¶ Postremo. ultima rō: quare uehementer laetatus sit hoc iudicio. ¶ Multo peius. multo magis: multo uehemētius. Ouidius. Quae uenit exacto tēpore peius amat. ¶ Illum ipsum. q. d. inimicissimū meum. ¶ Illū. Clodiū. ¶ Hunc. Bursam. ¶ Habitura discrimen. habitura periculum: & cladē. ¶ In capite meo. i. in uita mea: si ego perissem. ¶ Spectauit. superauit: considerauit. ¶ Quiddam magnū. quandam rem magnā. ¶ Sua sponte. per seipsum. ¶ Illorum. inimicoꝝ meorū: & reipubli. ¶ Auxiliorum. idest fauore illorum. ¶ Qui stare non poterāt me stante. qui non potuissent obtinere statum suū me incolumi: & obtinere statū meū. ¶ Hic Simiolus. scilicet Bursa: per contemptū autem appellauit eum Simiolum. ¶ Delegerat amicū. acceperat sibi Clodium amicum. ¶ Causa mei. quia sciebat eum inimicum meū. ¶ In quem. s. me. ¶ Inueheretur. i. quem insequeretur: & criminationibus laceraret. ¶ Emissarium. promptum: & paratum ad hoc: nā emissarii dicuntur equi: qui seruantur ad procreandā sobolem: & emittuntur ad equas: inde translatiue emissarii in aliquos dicuntur: qui sunt parati inuehi in aliquos. ¶ Iubeo. uolo. ¶ Gesta est. cum uictus est hic Bursa. ¶ Fortiores. maioris animi. ¶ Eius. Crassi: qui elegerat iudices: & tñ illum condemnauerunt contra fauorem Crassi. ¶ Nisi meus dolor fuisset dolori his. nisi doluissent meo dolore. i. nisi doluissent: quia ego dolebam. ¶ Multitudine & celebritate. idest multis: & celebribus: hoc est claris iudiciis: quia semper uidimus. ¶ Detinemur. sumus occupati. ¶ Intercaletur. fiat intermissio: nam intercalare est interserere: siue interponere siue interuocare: ut supra declarauimus plenius. Vale.

Licitator

Peius p̄ magis

Emissarii

Intercalare

ASC.

¶ SED tu uidisti. i. p̄spexisti multum eo q p̄finisti ne emerem pluris. s. q̄ scripserat: quod si scripsisset: eme q̄ minimo poteris sine quibus paulo: aut quāti quibus: potuisset Cicero maximo uendidisse precio: ipse tamen per iocum dicit sese cōtra fuisse facturum: addens: q si permisisses mihi. i. arbitrio meo: & non p̄finiuisses mihi precium: qui meus amor est in te: idest secundum amorem quo te prosequor: ego fecissem: scilicet emptionem cum cohaeredibus: quia ipse non erat solus haeres: nunc quoniam ego qui sum in parte haeres: noui precium tuum. i. quāti tibi sit: ego ponam potius in licitationē: idest uenditionem: quae cedat plus caeteris offerenti: q̄ illud. s. praedium: ueneat. i. uendatur minoris. s. q̄ praefiniuisti: sed satis est de ioco. ¶ Ego agam negocium tuum diligenter sicut debeo. q. d. propter partem meam nō curabo: ut pluris ueneat q̄ par sit. ¶ Ego certo scio te gaudere de Bursa. i. q Bursam uicerim: sed tu gratularis mihi nimis uerecunde. ¶ Putas enim: ut scribis: me putare illam laetitiam minus magnam propter sordes hominis. s. uicti. ¶ Velim: sup. ut credas mihi: me magis laetatū hoc iudicio: quod contra Bursam latum est: q̄ morte inimici. ¶ Enim. i. quia: primum malo scilicet uictum esse iudicio q̄ gladio: deinde gloria. i. cum gloria amici: pro quo Cicero contra eum egit: q̄ua calamitate: quae secuta fuisset: si gladio uindictam sumpsisset. ¶ Et in primis delectauit me tantū studium bonorum extitisse in me contra incredibilem contentionem uiri clarissimi: & potentissimi Crassi: qui pro Bursa steterat. ¶ Postremo: quod uidetur fortasse

incredibile:ego oderam multo peius.i.grauius:& cū maiore execratione:& mali in illum optione:hunc.s.inimicū:q̄ illū ipsum Clodiū.s.singularē inimicū:& huius amicū. ¶ Enim.i.qa:ego oppugnarā.s.prius illū.s.Clodiū:& ita merito inimicus fuit:& defenderam hūc.s.Bursam:qui postea factus est inimicus. ¶ Et ille.s.Clodius:cū oīs resp.eēt habitura discrimen.i.periculū:in meo capite.i.si ego in periculo essem:spectauit.i.prætendit:qddam magnū.i.quoddā emolumentū singulare:nec quidē sua sponte.i.ꝓprio ingenio:aut naturali industria:sed auxilio eoꝝ qui nō poterāt stare me stāte.i.si ego mansissem in statu meo. ¶ Hic.s.Bursa:Simiolus.i.turpis imitator Clodii:delegerat cā ai.i.ut satisfaceret malitiæ ai sui:me in quē inueherē:& persuaserat nōnullis inuidis meis se fore semp emissarium in me.i.qui iueherē in me:& semper proprius esset:ut emittatur in me. ¶ Quāobrem ego iubeo.i.uolo:sed tamen aliquātulū īperiose:quod ex gaudio dicit:Seruiꝰ aūt ad illud Æneī.Infandū regina iubes:dicit.i.uis:sed tū Æneas modeste potuit diceř Reginā iubeř te gaudere ualde:qa sup.magna res est gesta:nūnq̄ fuerūt ulli ciues fortiores:q̄ qui ausi sunt cōdēnare eū.s.Bursam:ɔtra iātas opes eius.s.Crassi:a quo ipsi erāt lecti iudices:qd ipsi nūquā fecissent:nisi dolor meꝰ fuisset iis dolori. ¶ Nos detinemur hic multitudine:& celebritate iudicioꝝ:& nouis legibus:ita ut faciamus quotidie uota:ne itercaleř.i.ne fiat intermissio:& suspensio iudicioꝝ:& possimus uidere te quāprimū:quod nō liceret:nisi iudiciis absolutis. Vale.

M.T.C.M.Mario.S.D.


Ersæpe mihi cogitanti de cōmunibus miseriis:in quibus tot annos uersamur: & (ut uideo) uersabimur: solet in mētem uenire illiꝰ tēporis recordatio:quo proxime fuissemus una, quin etiam ipsum diem memoria teneo. Nam ad tertiū idus Maii, Lētulo & Marcello cōsulibus, cū i Pōpeianum uesperi uenissem, tu mihi sollicito aīo fuisti ꝑsto. Sollicitū aūt te hēbat cogitatio tū officii:tū ēt periculi mei. Si manerē i Italia, uerebare ne officio deessem. Si ꝓficiscerer ad bellū: piculū te meū commouebat. Quo tēpore uidisti ꝑfecto ita me quoq; ꝑturbatū:ut nō explicarē quid eēt optimū factu. Pudori tamē malui famæq; cedere, q̄ salutis meæ rōnē ducere. Cuius mei facti pœnituit, nō tā pp periculū meū, q̄ ꝓpter uitia multa:quæ ibi offendi quo ueneram. Primum neq; magnas copias: neq; bellicosas, deinde extra ducem: paucosq; præterea

VBE. PErsæpe. Quo tēpoř Cæ.ab illo uniuersæ Galliæ bello reuersus est:creati erāt ɔsules.L.Lē.&.M.Marcellus:infesti & aduersi eius dignitati:qui cū in Italiā profectus intellexisset duas legiones ad se remissas:quæ ex senatusconsul.ad parthicū bellū duci deberent.per.M.Mar.Cn.Pōpeio traditas:atq; in Italia retētas eē:posteaquā aliquātulū passus est:tū multis acerrimis in se Pompe.& aliorū sententiis:tū infamia duaꝝ legionū:quas diximus a Pompe.in Italia retētas:rē ad arma deduci studebat. Itaq; data sibi opportunitate:& discessu fuga tribunorū:qui se ad eum Rauennā contulerant:incensis orōne sua militū animis:tandē occupato Arimino bellū incœpit:qd' postea extra Italiam trāslatum ē in Thessaliam:ubi Pō.superatus est:cui bello dicit Ci.se iterfuisse magis officio q̄ uoluntate:discessisse aūt postea q̄ uidit nullam eē spem uictoriæ: elegisse ex multis conditionibus potissimum esse Ro.quāuis id quoq; miserum sit:ostendit aūt se maximā consolationē capeř ex conscientia rectoꝝ cōsilioꝝ suoꝝ:habereq; duas res:quibus maxime in his aduersitatibus se sustentet:sciētiā liberaliū:& optimarū artiū:& gloriā rerū gestarū. ¶ Tot an.postq̄ Cæ.reuersus e Gallia incœpit eē cōtra patriā. Versabimur.qa uicto Pompe.Cato ad Iubam confugit:ubi reparabat exercitū:itaq; nōdū erat finis belloꝝ ciuilium. ¶ Proxime.non nuperrime:nā

Proximum

iam multum tēpus erat quo non fuerant una:sed proxime postq̄ non conuenimus:nec simul fuimus: nam proximum dř quod etiam longe positum est:lōge interueniēte:unde si duobus annis præteritis a tē literas acceperim:post quas nihil postea scripseris:recte dicam ꝓximas literas tuas:quia re uera sunt ꝓximæ si nullas alias postea misisti. ¶ Quin etiā.immo:insuper. ¶ Lētulo & Mar.cō. Hi enim ut diximus initio bellorum ciuiliū consules erant. ¶ In Pompeia.in Pom.uillam meam. ¶ Præsto fuisti. statim uenisti:obtulisti te mihi. ¶ Sollicito.anxio. ¶ Sollicitum.dicit Ci.Mariū fuisse anxium duplici de cā:& pp periculum Ci.si profectus fuisset ad bellum:& propter eius officiū:quod uidebatur negare Pōpe.& patria si in Italia māsisset:neq; ad bellum iuisset. ¶ Tum officii.i.& officii mei.i.eius:quod deberē facere. ¶ Tū.maxime:& ꝓcipue. ¶ Ne officio deessem ut facerem:quod deberē:& erga pr̄iam:& erga Pō. ¶ Nō exp.nō discernerē ne cognoscerē. ¶ Pudori.uerecūdię: honestati:quia pudebat me:& deesse a quo in salute fuissem adiutus. ¶ Et fa.quia fuissem dictus malus ciuis:nisi saluti reip.subuenissem. ¶ Cedere.obsequi:obtemperare. ¶ Cuius fa.qd' ꝓposuerim pudorē:& famam meæ saluti. ¶ Vitia mul.multas cās uitiosas. ¶ Offendi.inueni. ¶ Ibi.in castris Pō. ¶ Primū.enūerat uitia quæ inuenit i castris Pompe. ¶ Neq; bel.neq; fortes in bello:ut scribit Ap. ¶ Extra ducem.idest excepto duce:scilicet Pompe. ¶ Paucosq;.scilicet extra paucos.i.exceptis paucis:est autem ornatum dicendi genus apud Ci.ut si sic dixero:extra Home.nullus poeta græcus Virgilio anteferř.i.excepto Homero. ¶ Præterea.præter eū.s.ducem.

ASC. PErsæpe &c. Cōmemorat quo cōsilio aduersus Cæsarē in bellū Pharsalicū abiuerat:& se post uictoriā Cæsaris in urbē receperat:docēs miserū eē illic uersari:sed alibi lōge miserius:maximā tū se ɔsolationē capere ex ɔscientia rectoꝝ ɔsiliorū:habereq; qbus se cōfirmet sciam bonaꝝ artium:& gloriā reꝝ gestaꝝ:qbus argumētis in oībus fere epłis semp cōsimili re cōsolatoriis utiř. ¶ Ordo est. Solet uenire mihi cogitāti psæpe de miseriis cōībus:in qbꝰ uersamur tot annos:& uersabimur:ut uideo.i.quātū perspicio:in mentē.i.mentionē:& mēoriā illius tpis:quo fuimus ꝓxime.i.ꝓxime elapsis diebus:una.i.sil:& in uno loco:q̄n etiā teneo.i.cōplector memoria ipm diem. ¶ Nā ad.i.circiter tertiū.s.diem Idus.i.q est inter idus:aut añ idus maias:& ita est.xi.dies Maii:Lētu.& Marcello ɔsulibus:cū uenissem uespi:i Pōpeianū.s.agrū:tu fuisti mihi ꝑsto.i.affuisti mihi: aio sollicito.i.hñs aium sollicitū: dicerē hñti aium sollicitū: nisi seqreř. ¶ Aūt.i.sed cogitatio tū officii: tū ēt piculi mei hēbat te sollicitū. ¶ Nā sup.tu uerebare ne deessē.i.nō satisfacerē offō:si mānerē i Italia:& piculū meū cōmouebat.i.anxietate afficiebat te:si ꝓficiscerer ad bellū.s.Pharsalicū cū Pō. ¶ Quo tpe tu uidisti ꝑfecto.i.reuera:me quoq;.i.ēt cōturbatū:ut nō explicarē.i.diiudicarē:qd esset optimū factu:uř optimū de duobꝰ dicere.Nam duo erant:aut eundū in bellū:aut manendū in urbe:malui tū cedere.i.succūbere pudori.& famæ.i.facere qd pudor & fama exigebant:quā ducere rōnem.i.hře respectū salutis meæ:cuius facti mei pœnituit me nō tam ꝓpter periculū meum:quā ꝓpter multa uitia:quæ offendi:idest ꝑter spem repi:ibi quo uenerā. ¶ Primū:sup.offendi copias neq; magnas:neq; bellicosas:deinde reliqui extra.i.præter:ducem:& præterea.i.præter eum: paucos.

¶ De principibus

ASC. ECquando. Laudando Cæsarem uituperat pōpeium:qui excitauerit populū Romanū ad arma:dicit se optare aduentum Ciceronis:& q̄ritur sibi transalpes proficiscēdum esse. ¶Ordo est. Ecquando:idest nunquid aliquādo:uidisti hominem ineptiorem:q̄ Cn.eum Pompeium tuum:qui cōmorit:pro cōmouerit:tantas turbas.i.turbationes reꝝ:q esset tam nugax.i.uanus. & futilis.q.d.nō. ¶Ecquē nōqd aliquē:aut legisti:aut audiuisti acriorem Cæsare nostro:in rebus gerēdis.s.fortiter:& tēperatiorē eodem in uictoria q.d.scio:q nullū. ¶Quid est:hoc est q̄ris cur sic gestū:Milites nostri.i.Cæsariani:q ambulando locis durissimis:& frigidissimis:hyeme teterrima.i.asprima:cōfecerūt.i.finierunt:nūc tibi: ad nullā personā spectat illud tibi:bellū:uident esse pasti malis orbiculatis.i.pomis rotūdis:sunt q allegorice mūdū intelligere dicant.q.d.mūdi imperiū obtinuisse:alii e pomoꝝ pastu macilētes factos. ¶Quid inqs iā sumpsit. Rñdet:oia gloriose.si scias q̄.i.q̄tū:sollicitus sum:cū derideas hāc gloriā meā:q̄ nihil ptinet ad me. ¶Quæ.i.quales res:ego nō possum exponere tibi:nisi corā.i.in psentia:& spero:id.s.q possim corā exponere fore celeriter. ¶Nā cū Cæsar expulisset ex Italia Pompeium:constituit uocare me ad urbē.s.Romam:& existimo id esse cōfectum.i.perfectum,mō:nisi maluit,sup.me circumsedere.i.obsidere:Pompeium Brundusii.

Discu pio Hui Verna Vsque. quaq;

VBB. ¶PEReā.moriar:optātis est. ⌈ Isto.istuc:est.n.aduerbiū. ⌈ Discupio.ualde cupio. ⌈ Intima.secreta. ⌈ Quā multa.s. quæ tecū ɔferre cupiā. ⌈ Hui.quasi timētis est interiectio. ⌈ Quod solet fieri.nā cū parauim⁹ nos dicturos multa alicui: accidit plerūq;:ut cū sumus in eius pſentia obliuiscamur multa. ⌈ Q uoddā ob scelus.i.ppter quoddā scelus: & flagitiū. ⌈ Adeo.ualde. ⌈ Intimidi.audaces. Sunt populi trāsalpini:alii uolunt intimidos nomē esse ipsorū populorū: ut sit. Intimidi sunt in armis.i.sumpserunt arma. ⌈ De.ppter. ⌈ Bellienus.nomē pprīū. ⌈ Verna.significat seruū:sed hic puto eē cognomē. ⌈ Ibi.trāsalpis. ⌈ Cū pſidio.cum militibus positis ad tutelā loci. ⌈ Quēdam,ne putetur esse Domitius romanus. ⌈ Hospitē. A micū:apud quē Cæ.solebat hospitari. ⌈ Factione.parte. ⌈ Ad arma.s.surrexit:uł mota est:est.n.eclypsis. ⌈ Vsquequaq;.semp. ⌈ Domitii malim.q̄a de altero Domitio dixit supi⁹:q̄ Cn.Saturninū adolescētem accusauit. ⌈ Propugnaturus. pugnādo defensurus. ⌈ In nostro. ⌈ Romano. ⌈ Cathenādus.ligādus. ⌈ In hoc.Domitio Gallico. ⌈ Ipse.Bellienus:uel Demetrius. Vale.

pereā si minima causa est:properandum isto mihi; quod te uidere, & omnia intima cōferre discupio. Habeo autem q̄ multa:hui uereor (quod solet fieri) ne cū te uidero:oia obliuiscar. Sed tum quoddā ob scelus iter mihi necessariū retro ad alpes uersus īcidit:adeo qđ intermelii in armis sunt:neq; de magna cā. Bellienus Verna Demetrii, qui ibi cum præsidio:erat; Domitium quēdam nobilem illic Cæsaris hospitē a cōtraria factiōe nummi acceptis comprehēdit:& strāgulauit. Ciuitas ad arma iit:eo cum quatuor cohortibus: mihi per niues eūdum est: Vsquequaque inq; Sed Domitii mali dant. Vellem quidem Verna propugnaturus tātum animi habuisset in nostro Domitio, quantum ipse cathenatus in hoc habuit Cicerone.F.F.D. Vale.

ASC. ¶PEream:si est cā minima. ⌈ Properandū est mihi isto.i.ad istum locū ubi tu es:q̄.i.quia: discupio.i. anxie cupio:uidere te:& conferre.s.tecū omnia intima. ⌈ Habeo aūt q̄.i.o quātum multa.hui uereor ne obliuiscar oia:cū uidero te:q̄d solet fieri. ⌈ Sed tū.i.insuper iter necessariū incidit mihi ob quoddā scelus retro.i. retrorsum ad alios uersus:adeo.i.necessariū:q̄ iterme lii populi transalpini sunt in armis. ⌈ Neq; de magna cā.i.ob magnā cām. ⌈ Bellienus Verna.i. seru⁹ Demetrii:q̄ erat ibi cū pſidio:cōprehendit: & strangulauit illic Domitiū quēdam nobilē hospitē Cæsaris:nūmis acceptis.i.eo:q̄d nummos acceperat:a factiōe cōtraria. ⌈ Ciuitas iit.i.cōfluxit:ad arma:eundū est mihi.i.debeo ire:eo.i.ad eum locum:cū quatuor cohortibus p niues:q̄a hyemali. ⌈ Inquis.i.tu forte mō dicis. ⌈ Vsquequaq;.i.an semp tibi laborādū erit.q.d. uellē quidē aliter eē:sed Domitii mali.i.perniciosi dāt.s.id mali:aut negocii. ⌈ Vellem quidē:sup.ut Verna.s. Bellienus propugnaturus.habuisset tantū animi in Domitio nostro.s.Romano:aut hospite:& amico:quantū ipse cathenatus:alii legunt cathenandus:habuit in hoc Cicerone fratris filio: Vale.

Cælius.M.T.Cice.S.D.

EXanimatus sum tuis literis: quibus te nihil nisi triste cogitare ostēdisti: neque id: quid esset perscripsisti.nō enim quale esset: quod cogitares:aperuisti.Has ad te illico literas scripsi. Per fortunas tuas Cicero:per liberos oro:obsecro ne quid grauius de salute, & icolumitate tua cōsulas. Nā deos, hominesque, amicitiamque nostram testificor:me neque temere prædixisse: neq; temere monuisse. Sed postquā Cæsarem cōuenerim:sententiamq; eius:qualis futura esset:parta uictoria cognouerim:te certiorem fecisse. Si existimas eādem rationem fore Cæsari i dimittēdis aduersariis: & cōditiōibus ferēdis:erras. Nihil nisi atrox:& sæuum cogitat, atq; etiam loquitur, iratus Senatui exiit:his itercessiōibus plane īcitatus est:nō erit deprecatiōi locus.

VBB. EXaiat⁹. Cū uersaret̄ resp. i magnis piculis pp discordias Cæ.& Pō.q̄stus fuerat Ci.de miseria ipsorū:dixeratq; sibi īcertū eē:& difficile:q̄ cōsiliū suis rebus caperet.ītaq; suspicatus ē Cælius Ci. aliqd mali cogitar̄:& maxime ne se trāsferret ad Pō.q̄d ne faciat niuit multis causis dissuadere: ne euertat:& se:& oēs suos:si ad desperatos accesserit:cēset aūt Cælius potius ei eligendū esse aliquē locū solū & uacuum:quo se conferat:donec bellū cōfectū fuerit huic epłæ Ci.rńdit li.ii.epła:q̄ incipit Magno dolore me affecissent lræ tuæ &c. ⌈ Exanimatus. territus:pturbatus. ⌈ A peruisti.declarasti. ⌈ Illico.stati. ⌈ per fortunas.adiurat Cælius Cicero.ne aliquid faciat cōtra salutem suā. ⌈ Per liberos.per filios. ⌈ Cōsulas. deliberes:cōsiliū capias. ⌈ Prædixisse.quæ essent futura:& maxime de uictoria Cæsa. ⌈ Cōuenerim. allocut⁹ sim. ⌈ Fecisse te certiorē.i.testificor deos & homines. ⌈ Dimittēdis ad.i.in dimittēdis his:q̄ eū psecuti fuerint. ⌈ Atrox.crudele. ⌈ Senatui.q̄a assentitur Pom.magis:q̄ sibi. ⌈ His inter.q̄ facta sunt:ne decernat̄ ɔsul:nisi tradat exercitū:& p̄uincias. ⌈ Nō de p̄.lo.nullius p̄cib⁹ flectet̄:neminē dep̄cātē exaudiet.

ASC. EXanimatus &c. Cū uersaret̄ resp.in magnis piculis pp discordias Cæ.& Pom.idq; quęstus esset Ci.suspicatus Cælius ipm a Cæ.ad Pōpeium defectur̄:monet ne id faciat. Huic aūt epłæ rńdet illa li.ii. Magno dolore &c. ⌈ Ordo est. Ego sum exaiatus.i.factus expers ai:tuis literis.i.per lr̄as tuas:q̄b⁹ ostēdisti te nihil cogitare nisi triste:neq; scripsisti:qd id eēt:nō enim aperuisti quale eēt:q̄d cogitares. ⌈ Scripsi illico has lr̄as ad te:q̄bus:sup.o Cicero oro te:& obsecro p fortunas.i.facultates tuas:& per liberos tuos:ut ne consulas.i.per deliberationem incipias:ac facias:quid.i.aliquid: grauius de salute:& incolumitate tua:hoc est ne: aut tibi p desperationem manū inferas:aut ea incipias:unde saluti tuæ timendū eēt. ⌈ Nā ego testificor.i.testes facio:deos:& hoies:& amicitiā nostram:me neq; temere p̄dixisse.s.quicq̄:neq; monuisse. ⌈ Sed postq̄ cōuenerim.i.allocutus fuerim:Cæsarē:& cognouerim sniam eius qualis esset futura:parta uictoria.i.si obtinuerit uictoriā:testificor sup.me fecisse te certiorē.i.tibi eam significasse. ⌈ Si existimas eandem rōnem fore Cæsari in dimittendis aduersariis.i.iis:q̄ eū persecuti fuerint:& sup. in ferendis.i. offerendis:ɔditionibus.s.cōcordiæ:erras:quia si uictor fuit in eos nihil cogitat:nisi atrox:& sæuum: atq; etiā nihil loquit̄:ipse iratus senatui exiit.i.se pripit e senatu:ipse est plane.i.oīno:incitatus.i. ad irā:his intercessiōibus.i. obstaculis a senatu factis. ⌈ Locus non erit dep̄cationi.i.purgationi culpæ:aut petitioni ueniæ si uicerit.

¶Quare

¶ QVAre. concludit ex utilitate oīum suorū: ne a Cæ. discedat ad pompeiū. ¶ Eā cām. s. Cæsarianā. ¶ Sequere adiuua partibus: & fauoribus tuis. ¶ Odisse. s. te. ¶ Aut relin. s. si tu fueris pompeianus: cū nos simus Cæsariani. ¶ Aut habemus ipsam cupiditatē cōtra salutem tuam. i. aut optemus mortē tuam: qd' est impiū: qa te paterno amore prosequi debeo. ¶ Cunctatione. mora: cū nondū essent aperta bella alias legit concitatione. i. pturbatione: sed magis probo priorem lectionem. ¶ Quid offensæ. q̄ iniuria: quæ læsio. ¶ Nunc. cum res est non in cūctatione: sed discrimine pōpeianorum. ¶ Victorē. Cæ. ¶ Noluisti lædere. qa Ci. in principio bellorum dubiū neutrū seq̄bat. ¶ Dubiis. cū nulla spes est de uictoria pōpeii. ¶ Fugatos. pompeianos: iā uictos a Cæs. ¶ parū adoptatum. i. nō electū. s. a Cæsare. ¶ Expecta. priusq̄ sequaris pōpeiū. ¶ De hispaniis. ubi erat exercitus Cæsaris ɔtra Petreiū: & Affrānium duces pompeianos. ¶ Quas. hispanias. ¶ Nūcio. certifico. ¶ Fore. futuras. ¶ Nras. i. Cæsarianas: qa Cæli⁹ Cæsarianus erat. ¶ Isti. pōpeiani: sed p cōtēptū dixit isti. ¶ Porro. certe uel deīde. ¶ Q d. tale q̄le. q. d. nisi stultū. ¶ Desperatos. p qbus nulla ē spes: trāslatio ē sumpta ab ægrotis: q in extremis laborātes: & iā morituri desperati dnr. ¶ Hoc. te secuturū pōpeianos. ¶ Audierat. ab aliis. ¶ Simulatque. cūprimū. ¶ Negaui me scire. dixi me nō itelligere: qd esses factur⁹. ¶ Quib⁹ lrīs Cæ. ¶ Cōmoueri. psuaderi: icitari. ¶ Ad remanēdū: ne accederet ad pōpeianos: id aūt diximus alio loco scīm fuisse a Cæ. q hortatus ē Ci. ne exiret ad bellū: & neutrū oino seq̄ret: cui Ci. maximo aīo rñdit: ut scribit Plu. i ei⁹ uita. ¶ Nisi ita faceret. nisi duceret me Cæsar secū in hispaniā. ¶ Cōtēdissem. uehemētissime postulassem. ¶ Oi ui. oi uiolētia. i. ɔtra uoluntatē tuā. ¶ Etiā atque ēt. repetit Cæli⁹ admonitionē suā: ne Ci. sequat pom. ¶ Funditus. penitus: tractū ab ædificiis. ¶ Sciēs. a me admonitus. ¶ Prudēs. per teipsum intelligēs. ¶ Demittas. comittas. ¶ Eo. ad id. ¶ Vñ. ex quo. ¶ Nullū exi. i. uñ uides te nō posse exire: cū ingressus fueris: ē. n. cā pōpe. quasi labyrintus qdam: uñ nō est regressurus. ¶ Voces. sermones: exhortationes. ¶ Optimatū. i. pricipū in ciuitate: & ē confutatio cōtra id qd' posset dicere Ci. qd' nō pōt sustinere uocē optimatū increpātiū ipm: q ipse solus dissentiat ab uniuerso senatu: dicit Cælius ad fugiēdas has uoces: eligēdū eē aliquē locū uacuū. ¶ Insolētiā. superbiam. ¶ Vacuū a bello. qd' nō sit Cæsarianū: aut pompeianū. ¶ Decernunt. bello determinant. ¶ Quæ tua e. q̄ ad te ptinebūt: in codice scriptū legi: q̄ cū erūt cōfecta. ¶ Et te sa. i. & iudicaberis sapiēs: si nihil feceris cōtra Cæ. qd' eum offenderit: quia dummō nō seq̄ris pōp. non curat: ut ei faueas: aut eum sequaris. VBE.

Quare si tibi tu: si filius unicus: si domus, si spes tuæ reliquæ tibi curæ sunt: si aliqd apud te nos: si uir optimus gener tuus ualet: eorum fortūas nō debes uelle cōturbare: ne eam causam, in cuius uictoria salus nostra est: aut odisse, aut relinquere cogamur, aut impiā cupiditatē cōtra salutem tuam habeamus. Denique illud cogita: qd offensæ fuerit in ista cūctatiōe re pri⁹ subiisse, nūc te cōtra uictorem facere: quē dubiis rebus lædere noluisti: & ad eos fugatos accedere quos resistētes sequi nolueris summæ stultitiæ est. Vide ne dum pudet te parū optimatem esse parum diligēter, quod optimum sit, eligas. Quod si totum tibi persuadere nō possum, saltem dum quid de hispaniis agamus: scitur expecta quas tibi nūcio aduētu Cæsaris fore nostras. Quam isti spem habeant, amissis hispaniis nescio. Quod porro tuum cōsilium sit ad desperatos accedere, nō mediusfidi⁹ reperio. Hoc quod tu nō dicēdo mihi significasti: Cæsar audierat: ac simulatque hæc mihi dixit statim quid de te audisset exposuit, negaui me scire, sed tamen ab eo petii, ut ad te lrās mitteret: qbus maxime ad remanēdum commoueri posses. Me secum in hispaniam ducit, nā nisi ita faceret: ego priusq̄ ad urbem accederem: ubicunque esses ad te percurrissem: & hoc a te præsens cōtēdissem: atque omni ui te retinuissem. Etiam atque etiā Cicero cogita: ne te tuosque oēs funditus euertas: ne te sciēs prudēsque eo demittas: unde exitum uides nullū esse. Quod si te, aut uoces optimatum commouent, aut nōnullorum hominum insolentiam: & iactationem ferre non potes, eligas censeo aliquod oppidū uacuū a bello, dū hæc decernūtur, quæ cū erūt cōfecta & ego te sapienter fecisse indicabo, & Cæsarem non offendes. Vale.

Funditus

¶ QVAre si tu: sup. es curæ tibi: si fili⁹ unic⁹. s. Marcus Cicero: si domus. i. si familia: & si reliq̄ spes tuæ sunt tibi curæ: si nos sup. ualemus: & si gener tuus. s. Dolobella amicus Cæsaris: uir optimus: nō talis tñ oibus uisus. ualet aliqd apud te. i. habem⁹ aliqd auctoritatis: tu nō debes uelle cōturbare fortunas eorum. s. tibi charissimorum: & maxime necessariorum: ne cogamur: aut odisse: aut relinquere eā cām Cæsaris: in cuius uictoria salus nr̄a est: aut ne habeamus impiam cupiditatem contra salutē tuā. s. adhærēdo Cæsari: & inimicis eius oibus exitū optādo. ¶ Denique cogita illud: uidelicet quid offensæ. i. lesionis: Cæsari fuerit in ista. s. tua: cūctatione. i. mora: te subiisse. i. puisse prius: & sup. facere nunc cōtra uictorē: quē noluisti lædere rebus dubiis. i. cū adhuc dubius eēt belli exitus: & accedere ad eos. s. pōpeianos: fugatos. s. a Cæsare: quos nolueris sequi resistētes. i. cū adhuc resisterēt: est summæ stultitię. ¶ Vide. i. attēde: & pspice: ne dū pudet te esse parū. i. nō satis: optimatē. i. haberi in numero optimatū: & primorū ciuitatis: eligas parū diligēter sup. id qd' sit optimū: qa melius eēt in media dignitate secure uiuere: q̄ ad summā pperantē interfici. ¶ Quod si nō possum psuadere tibi totū. i. ut oino Cæsari recōciliēris: expecta saltē dū. i. donec sciā qd agamus de hispaniis: quas. s. hispanias: ego nūcio. i. indico tibi: fore nr̄as. i. nostrarū partium: aduentu Cæsaris. s. in eas: qd' ēt euenit. ¶ Nescio quam spē isti. s. temerarii Pōpeiū sequētes: hēant. i. habere possint: hispaniis amissis. ¶ Porro. i. sed: mediusfidius nō reperio. i. nō possum cogitare qd'. i. q̄le: ɔsiliū tuū sit accedere ad desperatos. s. de salute tuēda. ¶ Cæsar audierat hoc: q̄ tu significasti mihi nō dicēdo. i. uehemētē dolorē tuū pp Pōpeii aduersitatē: aut debilitatē: quā nō es ausus mihi scribere: sed solūmō signis ostēdere: ac simulatque dixit mihi hæc: exposuit statim qd audisset de te: negaui me scire: sed tñ petii ab eo: ut mitteret literas ad te: quibus. s. literis: posses cōmoueri maxime ad remanēdum. s. in prouincia: donec res cum pompeio transigat. ¶ Cæsar ducit me in hispaniā secū: nam nisi faceret ita: ego pcurrissem ad te: prius q̄ accederem ad urbem: ubicunque eēs: & ego pñs. i. corā: contendissem. i. diligenter impetrare studuissem hoc a te: atque retinuissem te oi ui. ¶ O Cicero cogita: ēt atque ēt. i. sæpe: & diligenter: ne euertas funditus te: & tuos oēs: ne tu sciens: & prodens. i. puidens periculum: demittas te eo. i. ad id ASC.

periculi:unde uides nullũ exitũ esse. ¶ Quod si:aut uoces optimatũ te ad Põpeiũ inuitãtiũ:cõmouent te:aut nõ potes fer
re.i.tolerare:insolẽtiam.i.superbiã:& iactãtionẽ nonnullorũ.i.quorũdã hominũ Cæsari adulantiũ: censeo sup.ut eligas
aliquod opidũ uacuum.i.imune a bello:dum.i.donec:& quãdiu hæc.s.negocia bellica decernuntur.s. utri cedant : q̃ d:
idest postq̃:aut quando:erunt confecta.i.expleta:& idest pariter:ego iudicabo te fecisse sapienter:& nõ offẽdes.i.nõ læ
des Cæsarem:qui permittet te neutrius partes sequi. Vale.

Cælius.M.T.Ciceroni.S.D.

Ergo ne potius proficisci in Hispaniá fuisset, q̃ Formiis esse:antequá tu profectus es ad Pompeium? quod utinam aut Appius Claudius in ista parte prohibuisset, aut.C.Curio, cuius amicitia me paulatim in hanc partem causæ imposuit. Nam mihi sentio bonam mentem iracundiæ tumore ablatam. Tum tu porro:cum ad te proficiscés noctu Ariminum uenissem:dum mihi pacis mãdata das ad Cæsaré:& mirificũ ciué agis:amici officiũ neglexisti,neq; mihi cõsuluisti:neq; hoc dico:q̃ diffidam huic causæ. Sed crede mihi perire satius é: q̃ hos uidere. Quod si timor uestræ crudelitatis nó éét:eiecti iápridem hinc essemus. Nam hic nũc præter fœneratores paucos,nec homo:nec ordo quisq̃ é nisi pompeianus. Egdem iam effeci,ut maxime ptes, & qui antea noster fuit populus:uester esset. Cur hoc inquis?immo reliqui expectát. Vos inuitos uincere coegero:irritaui in me Catonem. Vos dormitis:nec hæc adhuc mihi uidemini intelligere:q̃ nos pateam⁹: & q̃ simus ibecilli: atq; hoc nullius præmii spe faciá: sed quod apud me plurimũ solet ualere doloris:atq; indignitatis causa. Quid istic facitis?prælium expectatis:quod firmissimum est? Vestras copias nó noui:nostri ualde depugnare:& facile algere:& esurire cõsueuerunt. Vale.

VBE. Ergo ne. Cælius:cũ scripsisset supiore epl'a se ducẽ a Cç.i hispania:nõ iuerat:sed remãserat Formiis:mãdato Cæ.
Ci.aũt:qui se iam ad Põp.cõtulerat: scripserat:
q̃ melius fecisset Cælius ire in hispaniam: q̃ re
manere Formiis:ad qđ cũ quadã indignatiõe
Cælius rñdet. Deinde 9querit de Ci.q̃ cũ an fuisset
in pposito paris:nõ petiuerit ab eo cõsiliũ:qđ eẽt agẽ
dum. Deinde signat se penitere:q̃ secutus fuerit Cç.
& dedisse operã:ut multi:q erãt Cæsariani efficerent
põpeiani:postremo se optat ut põpeiani sint uictores
nõ spe alicuius pmii:sed pp indignitaté causæ:& inci
tat Põpeianos aduersus Cæsarianos. ¶ Ergo.nõ est
Ergo hoc loco illatiua cõllectio:sed inceptiua maxie conue
niens indignationi. Iuue. Impune ergo mihi recitaue
Formiç rit ille togatas. ¶ Fuisset p.i.melius. ¶ Formiis.qđ é
oppidũ cãpaniæ. ¶ Profect. discessisti. ¶ Pro hi.s. te
pficisci ad Põ.uel melius.s.me eẽ Formiis. ¶ Cuius.
Curionis. ¶ Impo.deduxit:Cur.n.ut supra diximᵘˢ
in eplis ad Cu.& Cæ.in ptes suas tractus fuerat : cũ
antea ei eẽt inimicissimus: hic Cur. postea traxit ẽi in
ptes Cæ.Cæliũ. ¶ Paulatim.multis suasiõib⁹. ¶ Bo
nã mẽ.bonã dispõnem ai:& iã dãnat cãm Cç. ¶ Tu
Tumor more.ira:ira.n.facit hoiem tumidũ. ¶ Tu porro.accu
sat nũc Cælius Ci.q̃ ab eo cõsiliũ nõ petiuerit:cũ spe
ad eũ uenisset Ariminũ:& Ci.dixisset ei:ut cõsuleret
Cæs.q̃ potius sequeret pacẽ:q̃ bellũ. ¶ Offm amici.
qa uoluisti cõicare res tuas mecũ. ¶ Neq; me cõ.i.nõ
petiuisti a me 9silium: & é declaratio neglecti officii.
¶ Huic cãæ. Cæ. ¶ Satius.melius. ¶ Hos. Cæ.pœ
nitebat.n.se secutũ Cæ.qđ declarauit:cũ dixit : mihi
sentio bonã mẽtẽ iracũdiæ tumore ablatã:sed timore
crudelitatis Põ.nõ audebat discedere:& hoc é: q̃ di
cit. ¶ Quod si ti.&c. ¶ Vrç.Põpeiãorũ. ¶ Hic a Cç.
¶ Electi eẽm.discessissemus. ¶ Hic.i pte Cç. ¶ Nec
or.qsq̃.i.nullus ingratus:nã supradixit:in hac discor
dia uideo ad Cn.Põ.senatũ:q̃q; res iudicãt se cũ obi
turos:ad Cæ. aũt oẽs:q cũ timore:aut mala spe uiuãt
accessuros. ¶ Nisi é põ.i.nisi fauet põ. ¶ Nr.Cæsaria
nus. ¶ Eẽt ur.fieret põpeianus. ¶ Cur hoc ings.ob
iectio:q̃ posset fieri sic:qr hoc fecisti:ut q erãt Cæsaria
ni fierẽt p te Põp. ¶ Relig.q adhuc sũt cũ Cæ. ¶ Vel
re.q̃ sunt apđ Cæ. ¶ Inuitos.ẽt 9tra uolũtatẽ nram. ¶ Corrficãos.puto mẽdosum eẽ textũ:alibi scriptũ erat irritaui.M.
Cato. ¶ Vos.põ. ¶ Dormitis.estis negligẽtes. ¶ Nos. Cæ. ¶ Quã pa.i.q̃ tim⁹ expositi:ut a uobis uincamur. ¶ Imbe
cilli.debiles. ¶ Atq; h fa ut uos sitis uictores. ¶ Nõ spe p.nõ expectatiõe alicuius remuneratiõis:id.n.mihi turpe puta
rẽ. ¶ Doloris.q̃ uideã rẽp.opprimi. ¶ Indignitatis.iniustitiæ. ¶ Quid fa.uos Põpe.excitat.n.eos ad pliũ. ¶ Q đ fir.ẽ
i.qđ est certissimũ. ¶ Nostri. Cæsariani. ¶ Algere.pati frigus. ¶ Esurire.tolerare famem. Vale.

ASC. Ergo'ne &c. Scripserat Cælius se cũ Cæsare abducẽdũ in hispania:quo tñ abductus nõ erat:sed formiis mãserat:
qđ Ci.iprobarat:tñ Cælius nũc dure ad eũ scribit incusans eũ neglectę amicitiæ:se tñ põpeianũ effectũ dicit:sed
ut risisse putari possit. ¶ Ordo é. Ergo ne fuisset poti⁹ pficisci i hispaniã:q̃ eẽ Formiis q.d.sic:licet Cicero alitercõ
suluerat:anteq̃ tu p fectus es ad põpeiũ:tñ nõ erat pfectus ad eũ:qđ uinã:aut Appius Claudius phibuisset in ista pte:
aut Caius Curio:cuius amicitia iposuit me paulatĩ in hãc ptẽ causæ.s.Põpeianæ. ¶ Nã sentio mẽtẽ bonã ablatã mihi tu
more.i.inflatiõe iracũdiæ.Na ipedit ira aium. ¶ Tũ.i.insup:tu porro:cũ pficiscẽs ad te uenissem noctu Ariminũ:dum
das mihi mãdata pacis.i.ut te pacificũ nũciarẽ:ad Cç.& agis ciuẽ mirificũ.irõia é. neglexisti offm amici:neq;.i.qa ñ 9sul
uisti.i. 9silio pspexisti mihi. ¶ Neq; dico h:q̃ diffidã huic cãæ.s.Cæ. ¶ Sed(crede mihi)satius.i.melius é perire:q̃ uide
re hos.i.nros milites:& fautores tã insolẽtes. ¶ Quod si timor crudelitatis uræ.i.quã exercetis in uictos:ut Cicero ipse
nõ semel futurũ fuisse testatus est:nõ eẽt:nos essemus iãpridẽ.i.a pluribus diebus electi hinc.i.ex urbe: aut p superbiã
Cæsarianorũ:aut spõte:sed iuidiose electos fuisse dicit. ¶ Nã nec hõ:nec ordo qsq̃ é nũc hic pter paucos fœneratores:nisi
põpeianus. ¶ Eqdẽ.i.ego qdẽ: effici iã maxie:ut ptes:sup.sint uestræ:& ut ppls:q fuit antea nr eẽt uester. ¶ Cur inqs:
imo reliq expectãt sup.scire:cur hoc.s.efficeri. ¶ Ego coegero uos iuitos uincere.i.nos:uos inquã Corrficanũ&.M.Ca
tonẽ i me:ut exprgiscat. ¶ Vos dormitis nec uidemini mihi itelligere adhuc:q̃.i.q̃tũ:nos pateam⁹.s.iniuriæ:& q̃.i.q̃tũ si
mus ibecilli.i.debiles. ¶ Atq; faciã hoc.i.cogã uos iuitos uincere:nullius.i.nõ alicui⁹:nõ spe alicui⁹ pmii:sed q.i.qa aut
q.s.i.q̃ res solẽt ualere plurimũ apud me cã doloris:atq; indignitatis.i.indignatiõis. ¶ Quid facitis istic. ¶ Expectatis p
liũ:qđ est firmissimũ.i.certissimũ futurũ. ¶ Ego nõ noui copias uras:nr.s.milites:uidelicet Cæsariani: cõsueuerũt ual
de depugnare.i.detractare pugnã:aut finire pugnã fugiendo:ut innuit:sed sic tamẽ:ut nescias utri parti faueat:pptera
q̃ alea belli incerta erat: & consueuerũt algere:& esurire.i. pati frigus:& inediam:quod etiam duplicem habet sensum:
aut per inertiam:aut per fortitudinem:quia assueti sint malo:& ita ad militiam aptiores. Vale.

¶ Ex his

EX his lris. M. Varro uir doctissimus fuit: q de ligua latina libros ad Ci. scripsit: is studiosissimus reip: secutus fuerat Pō ptes: sicut & multi alii boni ciues. Cū igit abeēt ab urbe scri. Ci. se ex eius lris sibi ab Attico redditis: itellexisse ubi eēt: sed nō qñ uēturus eēt: optat aūt eius aduētū fore sibi solatio in tātis malis: & miseriis reip. q̄ iā tenebat̄ oppssa a Cæ. supatis Pōpeianis: deide dicit quēadmodū retulit se ad libros: quos aliquātulū intermiserat: ex quibus dicit se sperare magnū adiumētū ad ferēda aduersa: psertim si ipse Var. uenerit: & ostēdit: quo maxie uelit eū uenire. ꝑ Atticus. Pōponius: q pp singularē doctrinā lrag graecag: qbus Athenis operā dedit: Atticus cognominatus est: ut testat̄ Ci. in pœmio Catōis maioris. ꝑ Suspicari. cōiicere: putare. ꝑ Appropinqre. pp̄inquū eē. ꝑ Qui. aduēt⁹ tuus. ꝑ Quisq nō stul. i. qsq: q aliqd sapiat. ꝑ Alleuatioē. recreatioē: sȝ dixit alleuatioē: qa dixit. ꝑ Vrgemur. i. p̄mimur. ꝑ Aut e. s. possum. ꝑ Idest cum libris. declarat: qui sūt ueteres amici: hoc ē libri. ꝑ Succenserē iis. esse eis iratus. ꝑ Subpudebat. aliquātulū pudebat. ꝑ Præce. ill. qui me monebat: ne qd temere facerē: ex libris enim philosophorum discimus: qd nobis sit agendū. ꝑ Sociis: propter socios. ꝑ Ignoscūt dant ueniam: loquitur autē Ci. qui dat libris quasi sensum quendam. ꝑ In con. quæ mihi fuerat cum eis. ꝑ In ea con. qa non intermisisti eos sicut ego. ꝑ Quādo. quoniam. ꝑ His. libris. ꝑ Placatis. factis amicis: quia ei do operā: sicut ante consueueram. ꝑ Transiturum: superaturum: euasurum. ꝑ Quæ p. q̄ nunc fecimus. ꝑ Quæ impē. quæ immineant: & futura sint nobis mala. ꝑ Cumano & Tu. in his enim habebat Cicero prædia sua. ꝑ Quod minime uelim: quod non ualde placet. ꝑ Simul si. idest dummodo conueniamus. ꝑ Vt. idest sicut: est enim hoc loco aduerbiū: nō autem coniunctio. VBE. Atticus Subpudere



M.T.C. EPISTOLARVM FAMILIARIVM LIBER NONVS.

M. T. C. M. Terētio Varrōi. S. D.

EX his literis: q̄s atticus a te missas mihi legit: quid ageres: & ubi eēs: cognoui: quādo autē te uisuri essemus: nihil sane ex iisdem literis potui suspicari: in spem tamen uenio appropinquare tuum aduētum: qui mihi utinam solatio sit. Et si tot: tātisq; rebus urgemur: ut nullam alleuationem quisquam nō stultissimus sperare debeat: sed tamen aut tu potes me: aut ego te fortasse aliqua re iuuare. Scito enim me: posteaquam in urbem uenerim: rediisse cum ueteribus amicis: idest cum libris nostris in gratiam: & si non iccirco eorum usum dimiseram: quod iis succēserem sed q eo me subpudebat. Videbar enim mihi: cum me in res turbulētissimas infidelissimis sociis demisissem: præceptis illorum nō satis paruisse. Ignoscūt mihi: & reuocāt in cōsuetudinē pristinam, teq; quod in ea permanseris: sapientiorem quam me dicunt fuisse. Quamobrem quādo placatis his utor: uideor sperare debere: si te uiderim: & ea quæ premāt: & ea quæ impēdeāt: me facile transiturum. Quamobrem siue in Tusculano: siue in Cumano adire te placebit: siue: quod minime uelim: romæ, dummodo simul simus: perficiā profecto, ut id utriq; nostrū cōmodissimū esse uideatur. Vale.

EX his &c. Mar. Terētius Var. uir doctissimus: q de lingua latina libros ad Ci. scripserat: cum eēt studiosissimus reip. secutus erat ptes pōpeianas: ut plurimi alii. Cū igit abesset ab urbe: scripsit Cicero se ex eius lris ab Attico acceptis intellexisse ubi eēt: sed nō qñ uēturus eēt. Optat aūt ei⁹ sibi aduētū solatio fore in tātis reipub. malis. Deinde se cōtulisse ad lrag studia: docetq; quo eū uenire uelit. ꝑ Ordo ē Ego cognoui ex his lris: q̄s missas a te Atticus legit mihi: qd ageres: & ubi eēs. ꝑ Aūt. i. sed: nihil sane. i. nullo mō: potui suspicari ex iisdē lris: qñ essemus uisuri te: tñ uenio in spē. i. icipio sperare: aduētū tuū appropinqre: q. s. aduētus tuus: utinā sit solatio i. ad solatiū. i. ubi tam psper: ut mihi solatium afferat. ꝑ Etsi. i. q̄q̄: urgemur. i. pmimur: tot: & tātis rebus. s. aduersis: ut qsq nō. i. q nō sit stultissimus: nullā. i. non ullā: nō debeat sperare possit tñ optare: ullam alleuatioē. i. diminutionē mali: & recreationē ai: sed tñ: aut tu potes iuuare me: aut ego fortasse sup. possum: iuuare te aliq̄ re. ꝑ Scito. n. me postq̄ ueneri i urbē: rediisse cū ueteribus amicis. i. cū libris nris: in grām. i. cū eis cōsuetudinē inouasse. ꝑ Etsi. i. q̄q̄: nō dimiserā usum eog icirco: qd succēserem. i. subiratus eēm iis. s. libris nris: sed qd subpudebat. i. aliq̄tulū pudebat me: eog i. q ex eis pudorē ɔtraxeri: sicut solemus ab iis: quos offendimus: nō q nobis dedecori sint: q pbat dicēs. ꝑ Videbar. n. mihi: cū demisissē me in res turbulētissimas. i. in bellū cōtra Cæ. sociis ifidelissimis: aut q temere rēp. piculo obiecerūt: aut q eā defendere nō potuerūt: nō pauisse. i. non obediuisse satis p̄ceptis illog s. librorū nrog: uetātiū nil temere agere. ꝑ Libri sup. ignoscūt mihi: & reuocāt su. me: in ɔsuetudinē pristinā hoc est libēter mecū ɔuersant: hoc est: ego cū illis libēter uersor: & dicūt te fuisse sapiētiorē: q̄ me: q pmāseris in, ea. s. ɔsuetudine cū libris. ꝑ Quāobrē qñ. i. qm ego utor iis. s. libris: placatis. i. pacificatis: ego uideor debere sperare: si uiderim te: me facile trāsiturū: & ea s. mala: quæ premant: ide p̄sentia nos urgeāt: & ea: q̄ impendeant. i. imineant. ꝑ Quāobrē siue placebit te adire sup. me: siue in Cūano sup. agro: ubi uillā hēbat Ci. siue in Tusculano: ubi alterā habuit: & Tusculanas q̄ōnes scripsit: siue: q minime uelim: Romæ: dūmodo. i. si mō simus: simul: perficiam profecto: ut id uideatur cōmodissimum eē utriq; nostrorum. Vale. ASC.

m

VBB. Aninius.Primum Ci.excusat se de epla ad Varro.missa:quæ iam multis diebus antea fuerat scripta.Deinde ei consulit:ut oppressa rep.conferat se in aliquē locū:ubi non uideat a suis inimicis:quēadmodum dicit se eū facere decreuisse.Reddit aūt rōnes quare adhuc non discesserit Roma:deinde hortat eum: ut stet in proposi to uiuēdi simul cum ipso Ci.ostendit.n.q̄tum sint profutura studia ipsa literarum:si his dederint operā:ut con sueuerunt.⸿ Idē tu.& idem nr.i.& tuus:& nr:ornate:& significanter dictum.Vir.Rex Anius:rex idē homi nū Phœbiq; sacerdos.⸿ Vespi.aduerbaliter ponit .i.circa noctē.⸿ Postridie.sequti die daturū aliqd:qd ad te deferret.

Vesperi ⸿ Rogaui.ipsum.⸿ Vt pete.a me.⸿ Oblitū s.ad me redif.⸿ Exiturū.discessurū.⸿ Etsi erat το λοι ouana: inanis.⸿ Præserti.oñdit quare eēt illa epla inanis: qa postq̄ fuerat scriptam:multa erāt nouata.⸿ Lucubrationē meam.uigilias meas.i.meā eplam: quā lucubra uerā.i.noctu scripserā.⸿ Pertulisse ad te.nūciasse ti bi.⸿ Q d.ōsiliū.⸿ Mihi me.s.do.⸿ Vitemus.o.h. fugiamus cōspectū hominū:ne ab eis uideanī.⸿ Si: mi.lin.pos.s.uitare:si nihil possumus facere qn de no bis loquanī.⸿ Efferūt se.supbiūt.⸿ Nros. Pompeia nos.⸿ Dolēt nos ui.uellent nos eē mortuos.⸿ Quę res:facit obiectionē:& ei rñdet.⸿ Lynce⁹.acutis ocu

Lynx lis.Lynx.n.aial acutissimo uisu eē perhibeī.⸿ Nihil of.i.nihil cespitet.⸿ Incurrat.n.i.q in nullū malū non incidat.⸿ Venit in mē.cogitaui.⸿ Bellū.e.i.bonū & utile.⸿ Aliquo.i aliquē locū.⸿ Hic. Ro.⸿ Calūnia

Calumnia bar.accusabar:repħēdebar.⸿ Vt.c.cō.eēt:sicut cuiq; uisum fuisse aliū alio mō:& aliū alio.⸿ Hic.Cicero.

M.T.C.Varroni.S.D.

Caninius tuus, & idem noster, cum ad me nu per uesperi uenisset: & se postridie mane ad te iturum esse dixisset, dixi ei me daturū aliquid litterarum mane, & ut peteret rogaui. Conscripsi epistolam noctu, nec ille ad me rediit, oblitū credidi: attamen eam ipsam epistolam misissem per meos, nisi audissem ex eodem, postridie te mane e Tusculano exiturum. At tibi repente paucis post diebus: cum minime expectarem uenit ad me Caninius mane: proficisci ad te statim dixit: & si erat ἕωλος illa epistola: præsertim tantis postea nouis rebus allatis: tamen perire meam lucubrationem nolui: & eam Caninio dedi. Sed cum eo & homine docto & amantissimo tui: locutus ea sum: quæ pertulisse illum ad te existimo. Tibi autem me hercule idem consilii do: quod mihimetipsi: ut uitemus oculos hominum: si linguas minus facile possumus. Qui enim uictoria se efferunt: quasi uictos nos intuentur: qui autem uictos esse nostros moleste ferunt: nos dolent uiuere. Quæres fortasse: cur cum hæc in urbe sint: non absim: quemadmodum tu? Tu enim ipse: qui & me: & alios prudentia uincis: omnia credo uidisti: nihil omnino te fefellit. Quis est tam lynceus: qui in tantis tenebris nihil offendat? nusquam incurrat? Ac mihi quidem iampridem uenit in mentem: bellum esse aliquo exire: ut ea quæ agebantur hic: quæq; dicebantur nec uiderem nec audirem Sed calumniabar ipse: putabam qui obuiam mihi uenisset: ut cuiq; commodum esset suspicaturum: aut dicturum etiam si non suspicaretur: hic aut metuit: & ea re fugit: aut aliqd cogitat:

ASC. Aninius tuus &c.Excusat se ď epistola tardius ad Varronem missa: deinde consulit Varroni:ut oppressa rep. conferat se in aliquem locum:ubi non uideatur a suis inimicis.Quod se facturuz dicit.Reddit ad hoc rōnes:quare adhuc nō discesserat Roma:& demum monet:ut psistat in proposito uiuendi secum in literarum studiis:quæ cōmēdat.⸿ Ordo ē.Caninius tuus s.amicus:& idem noster:cum uēisset nup.i.paulo an. te hac ad me:uesperi.i.tēpore uespertino: & dixisset se esse iturum ad te postridie.i.die pxie sequēte:mane:dixi me daturum ei aliquid literarū: & rogaui: ut peteret.s.eas a me.⸿ Cōscripsi epistolā noctu:nec ille.s.Caninius rediit ad me:ego credidi oblitum.s.pmissi:aut ad me redire:attamen misissem eam ipsam. i.eandem eplam per meos:nisi audissem ex eodem te exiturum postridie.i. die proxime subsequente: e Tusculano.s.agro cum uilla.⸿ At.i.sed:tibi:uacat illud tibi:cum ad nullum referatur:sed tantum ex modo loquendi additū sit:non oēs tm̄ textus ipsum hn̄t. ⸿ Caninius uenit ad me repente.i. celeriter: paucis diebus post:cum expectarem minime:dixit se proficisci statim ad te:& si illa epistola.s.quā noctu scripserā.erat ἕωλος colos.i.antiqua nō recens: & marcida: & ita uana:præserti tantis rebus nouis allatis postea. i.cū essent tantæ res nouæ allatæ postea:tamen nolui meam lucubrationem.i.operationem: quasi ad lucernam:perire.i.perditum ire:si nulla uiui esset illa epistola:& dedi Caninio eam. Eam tamen his insertam nō puto forte: q: fuit raptim scripta:& de rebus nōt scitu dignis.⸿ Sed locutus sum cum eo.s Caninio: &.i.simul:homine docto:&.i.simul:amantissimo tui.i.q te maxime amat:ea quæ existimo illum pertulisse ad te.i denunciasse tibi: quasi dicat se sō nōc breuiorem esse:q: illius uerbis multa Varroni nunciata putet. Affert tamē consilii sui rationem contingens.⸿ Tibi &c. Autem.i.sed:ego do me Hercule.s.ita conseruante:ut uerum dico:tibi cōsilii:quod mihimetipsi: uidelicet:ut uitemus.i. fugiamus:oculos hominum:si minus.i.non satis facile possumus.s.uitare linguas hoium.⸿ Enim.i.qa: supp.ii qui efferunt.i.extollunt se:uictoria.i.propter uictoriā Cæsaris:intueni.i.inspiciunt nos:quasi uictos:& ita despiciūt nos.⸿ Autem.i.sed:ii qui moleste ferunt nostros.i.Pompeianos:esse uictos:dolent.i.ægre ferunt:nos uiuere: aut qa nos in culpa putant:aut quia indignos uita censent.q: cum aliis non perimus. ⸿ Tu forte q̄res:cū hæc.s.mala sint in urbe.s.Roma: cur non absim.s.ab urbe:quēadmodum tu sup.abes.⸿ Tu enim ipse:qui uīcis:& me:& alios prudētia uidisti credo omnia:nihil omnino fefellit te.i fugit prudentiā tuā.⸿ Quis est tā Lynceus.i.tam acute uidens:tracta metaphora suis lo ce animali acutissimi uisus:aut a Lynceo uiro:qui in portu Carthaginēsi stans naues e Sicilia pficiscētes cernebat: unde Horatius in epistolis.Non poteris oculis quātū cōtendere.Lynceus &c.qui nihil offendat.i.peccet:aut erret i tantis tenebris.i.ignoratione rerum futurarum:& qui nusquam incurrat.s.damnum.q.d.nullus ⸿ Ac qdem.i certe:in mentē uenit iampridem mihi.i.cogitaui:esse bellum.i.aliquantulū bonū:exire.s.urbe:aliquo.i.in aliquē locū:ut nec uiderem ea quæ agebanī hic:nec audirem:quæ dicebantur hic.⸿ Ipse.i.egomet calumniabar.i.per modū cauillātis:licet me scirem recte sentire:arguebam tamen meipsum:qa putabam eum:qui uenisset obuiam mihi.s.egrediēti urbem: suspicaturum: aut dicturum etiam si non suspicaretur:ut cuiq; esset commodum.i.oportunum uisum:hic.s. Cicero ex urbe fugient:aut metuit:& fugit ea re.i.ob eam causam:aut cogitat aliquid.s.mali in Cæsarem.

¶ NAVē pa. q̄ discedat ex Italia. ¶ Qui su. ie. i. q mi⁹ male de me opīaret. ¶ Oculi mei ñ possent ferre quosdā. i. q nō possent quosdā uidere. ¶ Hęc. q̄ de me pñt: aut dici: aut putari. ¶ λαλιθοτωσ. i. latēter. ¶ Obduxit. supiposuit. ¶ Callū. quādā duricię: ut nihil fastidiā: ē trāslatio sūpta a corpe: qd' ex exercitatiōe crebra callū. i. duricię carnis fac. ¶ Tātisp. tandiu. ¶ Effeuescit. refrigerat: cessat. Gratulatio. Cæ. ¶ Cōfectū. finitū. ¶ Q ui: q̄lis. ¶ Q uo cō. du. i. qd cōiectura assequi fu turū eē. ¶ Rūor. famaq̄ ē de iis: q secuti sūt hoc bellū. ¶ Rauc⁹. defessus: nā ex assiduo clāore rauci efficimur: dicit ergo: nisi cū ipse rūor iā defecerit. ¶ Hic. R ōa. ¶ In il. lo. i. Baias. ¶ Quā na. qa baiæ erāt i litore loca amœna pp mare: & bal — VBE. Tantisp Effer. uescit Raucus

& habet nauem paratam. Denicp leuissime qui suspicaretur: & qui fortasse me nouisset optime: putaret me iccirco discedere: quosdam homines oculi mei ferre non possent. Hæc ego suspicans adhuc Romæ maneo: & tamē λαλιθοτωσ cōsuetudo diuturna callum iam obduxit stomacho meo. Habes rationem mei cōsilii. Tibi igitur hæc censeo latendum tantisper ibidem: dum efferuescit hæc gratulatio: & simul dum audiamus: quemadmodum negocium confectum sit: cōfectum enim esse existimo. Magni autem intererit: q fuerit uictoris animus: qui exitus rerum: quanquam quo me coniectura ducat: habeo, sed expecto tamen. Te uero nolo: nisi ipse rumor iam raucus erit factus: ad Baias uenire. Erit enim nobis honestius etiam: cū hinc decesserimus: uideri uenisse in illa loca ploratū poti⁹: q̄ natatum. Sed hæc tu melius, modo nobis ista pensanda sunt. stet illud: una uiuere in studiis nostris: a quibus antea delectationem: modo solacium capiebamus: nunc uero etiam salutem deesse non arbitramur. Si quis adhibere uolet non modo: ut architectos: uerū etiam: ut fabros ad edificandam rēpu. poterim⁹ & nos, libēter accurrere. Sin nemo utet: opera: tñ & scribere & legere πολιτειασ & si minus in curia: atq; in foro: at in lfis: & libris: ut doctissimi ueteres fecerūt: nauare reip. & de morib⁹ ac legibus q̄rere. Mihi hæc uident: tu qd sis acturus: & qd tibi placeat. pergratū erit, si ad me scripseris. Vale.

neas: qb⁹ abūdat: dicit ergo Ci. erit hōesti⁹ uēisse illuc cū deflēdæ miseriæ reip. q̄ cā uoluptatis. ¶ Tu me. s. iudicas: uel nosti. ¶ Mō sic. no. dūmō cōstet: & pmaneat nobis hoc firmū. ¶ Mō ca. i. tūmō capiebamus delectationē: cū res erāt psperiores: ut supra ad Oppiū albū. Sed unū ē pfugiū doctrina: ac lr̄e: qbus sp usi fuimus: q̄ in secūdis reb⁹ delectationē mō hēre ui debant: nūc uero ēt salutē. ¶ Nō mō: ut ar. nō mō: ut ōsiliarios in rep. sed translatione usus est. Architecti. n. dicuntur q fabricandi artē hñt. Fabri uero: qui ipsi manu aliquid faciūt in ædificiis: alteri igit ingenio: alteri opa ualēt. ¶ Vtet opa. s. nr̄a. ¶ Politias: ciuilitates: nā πολισ ciuitatē significat. ¶ Si. mi. in cu. in gñe deliberatiuo. ¶ Atq; in fo. i. forēsib⁹ causis: & in gñe iudiciali. ¶ At certe. saltē. ¶ Nauare. diligēter agere: & tractare rēp. ¶ Hæc uidentur mihi. s. facienda. — Architecti Fabri At

¶ ET habet nauem paratam. s. qua ad hostes trāsfugiat. ¶ Deiq; itaq suspicaret leuissime. i. de leuissima culpa: & q fortasse nouisset me optime: putaret me discedere iccirco: q oculi mei nō possent ferre. i. pati: quosdā hoies. s. insolētes pp uictoriā. ¶ Ego suspicās hęc fide me suspicanda: maneo adhuc Romæ: & tamē cōsuetudo diuturna obduxit. i. opprimēdo iposuit. λαλιθοτωσ. i. latenter: iam stomacho meo callum. i. pellem induratā ex frequētia maloꝝ. ¶ Tu hēs rōnem ōsilii mei. ¶ Igitur sup. scribo: aut cōsulo tibi hæc: alii dicūt: cēseo tibi hoc: cēseo. i. iudico: latēdū sup. eē tibi tantisp ibidē. s. ubi es: tātisp. i. tādiu: dū. i. donec hæc gratulatio. s. q̄ fit Cæsari: & Cæsarianis de uictoria: efferuescit. i. feruenter fit: aut donec feruorē amittit: & refrigerat: & dū. i. donec audiam⁹ quēadmodū. i. q̄liter negociū sit: ōfectū. i. absolutū: existio. n. eē ōfectū. ¶ Autē. i. sed: itererit magni. i. multū referet: q. i. q̄lis: fuerit aius uictoris. s. Cęs. q. i. q̄lis: exit⁹ reꝝ. s. belli: quāq q̄q̄ habeo: quo cōiectura ducat me. i. q p ōiecturā de exitu iudicē: sꝫ tñ. i. attñ: expecto s. exitū reꝝ. ¶ Vero p sꝫ: nolo te uēire ad Baias. i. locū illū amœnissimū: unū Satyric⁹ Ianua Baiaꝝ & gratū litt⁹: amœni Secessus &c. nisi ipe rumor. s. de uictoria: erit iā fact⁹ raucus. i. defessus: nīo clamore: ita ut ñ āpli⁹ diuulget. ¶ Eni. i. qa: hōesti⁹ erit nobis: cū decesserimus hinc. i. ab urbe: uideri uenisse i illa loca. s. amœna: poti⁹ ploratū. s. calamitatē reip. q̄ natatū. i. balneatū. ¶ Sed tu melius sup. ōsiderabis: aut iudicabis hęc. ¶ Ista sūt pēsanda nobis: mō. i. in hoc reꝝ statu. ¶ Illd. i. firmū sit ppositū: & stet: placeat: ac ōstitutū sit: nos uiuere una. i. piter: i studiis nr̄is: a qb⁹. s. studiis nos petebam⁹: aut ut plerūq; hūit: capiebam⁹ añ. i. dū respu. floreret: & nos i ea delectationē: & mō. i. paulo añ solatiū. i. malorū. ¶ Vero p sed: a qb⁹ nos arbitramur ēt nūc salutē ñ deesse. ¶ Si qs uolet adhibere. s. literatos: ñ mō. i. ñ solū: ut architectos. i. magistros ædificioꝝ: & pricipes i ædificādo: uerꝝ ēt: ut fabros. i. oparios: ad rēp. ædificādā: poterim⁹: & i. ēt: nos accurrere libēter. ¶ Sin. i. sed si nēo utet opa. s. nr̄a: tñ sup. poterim⁹ & leger: & scriber politias. i. gubernatōes ciuitatū: & si min⁹. i. ñ poterim⁹: id facere i curia. i. corā senatu: atq; i foro. i. corā iudicib⁹: at. i. saltē: poterim⁹ i lr̄is: & libris: ut ueteres doctissimi. s. Plato: Aristoteles: & alii phi fecerūt: nauat. i. dat opā reip. & q̄rit. i. disq̄rit: & disputat d morib⁹: ac legib⁹ ¶ Hęc uidēt mihi. s. uerisimilia: aut faciēda. ¶ Pergratū erit si tu pscripseris ad me qd sis actur⁹: & qd placeat tibi. Val. — politias

M.T.C. Varroni. S.D.

ETsi quid scriberem: non habebam: tamen amico ad te eunti. non potui nihil dare. Quid ergo potissimum scribam? Quod uelle te puto cito me ad te esse uenturum. Etsi uide quæso satis ne rectū sit nos hoc tāto incēdio ciuitatis in istis locis esse

ETsi. Pollicet Ci. se celeriter uētuꝝ ad Var. ōsidit tñ sibi nō placere: ut sint in his locis ubi tūc erat Var. & adducit huius suę sniæ rōnes: postremo oñdit se cape magnū fructū ex studiis lr̄aꝝ. ¶ Quid igit. iterrogatiue. ¶ Potissimū. pcipue. ¶ Q d puto te uelle. i. desyderat. s. scribā. ¶ Cito. i. cito: q putat eū uelle. ¶ Incēdio. ut dixim⁹ sępi⁹: cōpat mīrias ciuitatis: aut tēpestatib⁹: aut icēdio. — VBE.

e Tsi pollicet se celeriter uētuꝝ ad Var. significat tñ locū ubi tūc erat Var. sibi displicere: & demū dicit se magnū fructū ex lr̄is cape. ¶ Ordo ē. Etsi. i. q̄q: nō habebā qd scriberē: tñ nō potui nihil. s. lr̄arum dare amico eunti ad te. ¶ Quid ergo scribā potissimū: Scribā sup. i. q puto uelle: uidelicet me uenturū esse cito. ¶ Etsi. i. tamē: si: quæso uide: idest considera: ne: idest: an sit rectū. i. non erroneum: nos esse in istis locis: scilicet tam notis: aut deliciosis tanto incendio: idest ardore irarum: & persecutionum ciuitatis: scilicet Romanæ. — ASC.

ASC. ¶Quia e postrema parte huius epistolæ facile est excerpere sententiam:& non illepida est locutio: possimus ordiné sic cõtexere. ¶ Cũ.s.Pompeius interrogaretur siqui intercederent.s.pro Cæsare:tum.i.tunc dixit non interesse.i. nullum esse discrimen:aut nihil referre:utrum Cæsar non esset futurus audiens.i.obediens:dicto.i.mandato:& decreto senat⁹: an pararet sup.aliquẽ q non pateretur.s.per intercessionem suã.Senatum decernere.s.quod uellet. ¶ Quid sup.dices:i quit alius.Si sup.Cæsar uolet simul:& consul esse:& habere exercitum. ¶ At ille q̃.i.quã:clæmenter sup.rñdit. ¶ Quid sup.dicendum:aut faciendũ esset:si filius meus uolet ĩpingere.i.incutere:mihi fustem.i.colaphum. ¶ Põpeius sup.efficit bus.i.huiusmodi uocibus:ut homines existimarẽt negocium.i.dissidium:& certamen. eẽ.s.futurũ Põpeio cũ Cæsare. ¶ Itaq.i.& ita:ut uideo:Cæsar uult dscẽdere iam ad alterutrã.i.unam: aut alteram conditionẽ:ut aut maneat.s.in prouincia. Cætera notoria sũt.

VBE. Sic tu.In duab⁹ superioribus epistolis:cũ lõge plus difficultatis uideã:q̃ utilitatis: non putaui frustra elaborãdum:præsertim cum multa sint:quæ nullo pacto intelligi posse puto:hac autem epistola: quæ etiam quibusdã locis est mendosa:edocet Cælius Ciceronem multa:quæ Romæ agantur:& instanter ab eo petit rursus pãtheras: quas dicit ei facillimum esse parare. Deinde cõmendat ei Marcum Fetidium eq̃tatẽ Romanũ. ¶ Sic.ut eum uiceris in contentione:& cõpetitione ædilitatis. ¶ Quã facile. scilicet tractaueri. ¶ Ne minime qdẽ.i.nullius. ¶ Post repulsã. postq̃ nõ obtinuit ædilitatẽ. ¶ Corripit. accusat. ¶ Obiurgatus.hic actiuæ est significationis. ¶ Profligatũ.i.cõfectum:nã id præcipue significat: ut profligatum est bellũ:idest confectũ. ¶ Interea.sine deliberatione.

Diuino ¶ Diuino.idest præuideo:præcognosco:uel prænũcio:est enim uerbũ. ¶ Obtineat.administret loco tui. ¶ Vocant.trahunt. ¶ Te non plures.s.mittere.

ASC. Sic tu inquis &c. Hac epistola etiã sub obscura docet Cælius quid Romæ agebatur:instat de pantheris captandis.& commendat Ciceroni.M.Fetidiũ. ¶ Ordo est. Tu inquis.s.in epistola:quæ ñ extat ¶ Tu o Cæli tractasti Hirrum sic:idest superasti eũ explosione. ¶ Immo supple id dicas:aut mireris:si scias q̃:idest q̃tũ facile supple tractauerim sic Hirrũ:q̃ q:idest & quantum fuerit nequidem:idest non saltẽ: minimæ contentionis:idest laboris:ac difficultatis:pudeat te illum:scilicet Hirrum ausum eẽ unquam incedere:scilicet pompose:tanquam competitorem tuum: hoc est:q eũ non sic uicisti:ut non ausus sit se amplius secum conferre. ¶ Vero:idest sed:Hirrus supple facit nobis risus:idest præbet materiã risus:post repulsam: ludit:idest ad ludũ nobis faciendũ agit bonum ciuem: idest respu.fauentem:& dicit sententias cõtra Cæsarem:& corripit expectationem:idest dilationẽ executionis sniatum cõtra Cæsarem laturum : obiurgatus: deponent aliter ponit cum ẽ actiue dicatur obiurgo: prorsus:idest in omnem partem:Curionem:non mediocriter:idest uehementer:q scilicet lentius in Cęsarem agat.Nam in superiore epistola dictũ est. Curio se contra eũ:uidelicet Cæsarem:totũ parat:sed tñ idẽ postea corruptus pecunia Cæsaris:totus a Cęsare ste

imposuit. Nam si mihi non dedisset eas:q̃ ad ludos ci aduectæ erant Africanæ:potuit supersedere. Nunc cum dare necesse est:ueli tibi curæ sit:quod a te semper petii,ut aliquid istic bestiarum habeamus. Sitiã namq; syngrapham tibi ↄmendo. Libertum Philonẽ istuc misi:& Diogenem græcum:quibus mandatã & literas ad te dedi:eos tibi & rem de q̃ misi ueli curæ habeas.nam q̃ uehementer ad me pertineat: in iis: quas tibi illi reddent,literis perscripsi. Vale.

M.Cælius Ciceroni.S.D.

Sic tu inquis Hirrũ tractasti? imo si scias q̃ facile:q̃q; ne contentionis quidẽ minimæ fuerit,pudeat te ausum illũ unq̃ esse incedere tanq̃ tuũ ↄpetitorẽ.Post repulsam uero risus facit: ciuem bonum ludit:& contra Cæsarem sententias dicit:expectationẽ corripit:Curionẽ prorsus non mediocriter obiurgatus:hac repulsa se mutauit: præter ea q unquam in foro apparuerit non multum in iudiciis uersatus sit:agit cãm liberaliter:sed raro post meridiem. De prouinciis quod tibi scripseram Idib⁹ Sextil.actum iri:interpellat iudicium Marcelli cons. designati in cal.reiectum:ne frequentiam quidẽ efficere potuerit. Has litteras ad.iiii.No.Septẽ.dedi,cũ ad eam diẽ ne ꝓfligatum quidẽ quicq̃ eẽt. Vt uideo cã hæc itegra in ꝓximũ annũ trãsferretur:& q̃tũ diuino:relinquẽdus tibi erit:q prouinciã obtineat.nã nõ expedit successio:quãdo Galliæ:q̃ habent intercessorẽ in eandẽ cõditionẽ:quã cæteræ ꝓuinciæ uocãtur. hoc mihi nõ est dubium: quo tibi magis scripsi:ut ad hũc euẽtũ te parares. Fere literis oĩbus tibi de Pãtheris scripsi:turpe tibi erit Patiscũ Curioni decẽ pãtheras misisse:te non multis partibus plures:quas ipsas Curio mihi:& alias Africanas decẽ donauit.

tit:unde Luca. Venalis Curio linguæ. ¶ Hirrus sup.mutauit se.i.mores suos:hac repulsa.s.i ædilitatis petitiõe accepta ¶ Præterea ipse:q nunq̃ apparuerit in foro:nõ uersatus multum in iudiciis:agit cãm liberaliter.q.d. sine exactione mercedis pecuniæ:qa si eã exigeret:nullã cãm agendã haberet:sed raro agit post meridiem:aut qa uentris cã agit: & ita prãsus nihil facit:aut qa potius agere nihil põt:aut quia hora nona claudebat forum:uñ meretrix tunc ꝓstrare ꝓmissa nonaria dicta est. ¶ Qđ scripserã tibi actũ iri.i.q agat de prouinciis: Idibus Sextilis:aut sextilibus.i.Augusti mẽsis: iudiciũ Marcelli cõsulis designati reiectũ in Cal.F.eiusdẽ mẽsis:iterpellat.i.ipedit:ne qdẽ.i.ut nõ saltẽ:potuerit efficere frequẽtiã.s.senat⁹. ¶ Ego dedi.i.misi tibi has lr̃as ad.iiii.nonas Septẽbris:cũ ne qdẽ.i.ñ saltẽ qcq̃ eẽt ꝓfligatũ.i.cõfectũ ad eã diẽ.i.usq; ad.iiii.nonas Septẽbris. ¶ Vt.i.q̃tũ uideo:hæc cã trãsferret integra.i.intacta in ꝓximũ annũ:ut q̃tũ diuino.i.futurũ autumo:sup.aliqs locũ tuũ tẽiturus:erit relinquẽdus tibi:q obtineat ꝓuinciã.i.regat eã:donec successor mittat: nã successio nõ expedit.i.nõ fit mature.qñ.i.qm:Galliæ:q̃ habent intercessorem.i.oppositorẽ:& ĩpeditorẽ successionis: uidelicet Cæsarẽ:uocant in eãdẽ cõditionẽ:in quã cæteræ ꝓuinciæ:& ita si Gallis nõ det successor:nec aliis dabit. ¶ Hoc nõ est mihi dubium:quo.i.quo circa:aut q̃to magis scripsi tibi:ut parares te ad hunc euẽtũ. ¶ Ego scripsi tibi fere oĩbus literis de pãtheris.s.capiendis:& mittẽdis ad ædilitatis pompam exhibendã. ¶ Turpe erit tibi Patiscũ.s.minus potentẽ amicũ:misisse Curioni decem pantheras.te non sup.misisse:aut mittere plures.s.q̃ decem:multis partibus.i.e multis locis prouinciæ tuæ. ¶ Quas ipsas.s.decẽ Pantheras:Curio donauit mihi:& alias decem Africanas.

¶ Ne putes.

¶ Ne putes. locatur: q̃a fortasse Curio donauerat aliquod præmiũ. ¶ Et cybiratas. s. pantheras. s. ex cybira urbe Asiæ: supradiximus. ¶ Pãphiliã. quæ est finitima Ciliciæ. ¶ Plures. Pãtheras. ¶ Laboro. curo. ¶ Seorsum. separati. ¶ Amabo. blandientis est. ¶ Impera tibi. id est uelis hoc facere. ¶ Nulla cura. nullus labor. ¶ Mandandi. dandi mãdata. ¶ Simulatq; statim: ut postquam. ¶ Deportent. aduehant. ¶ Ad sictianam syngrapham. i. propter sictianam syngrap: hã: d̃ qua iam bis fecit mentionem superius: fortasse erat hæc syngrapha de pecuniis aliquibus. ¶ Mar. Fetidiũ. alia pars epistolæ: in qua cõmendat ei M. Fetidium amicũ. ¶ Strenuũ. forte. ¶ Istoc. istuc. ¶ Ad suũ negociũ. ut agat negociũ suum: VBE. Amabo Simulatq;

ne putes illum tantum prædia rustica dare scire. tu si modo memoria tenueris, & Cybiratas accersieris: itẽ q̃ in Pamphiliam literas miseris: nam ibi plures capi aiunt: q̃d uoles efficies. Hoc uehementius laboro nunc: q̃ seorsum a collega puto mihi omnia paráda. amabo te: impera tibi, hoc cura, soles libenter: ut ego maiorem partem: nihil curare. In hoc negocio nulla tua nisi loquendi cura est: hoc est imperandi & mandandi. Nam simulatq; erunt captæ: q̃ alant eas: & deportent habes eos: quos ad Sictianam syngrapham misi. Puto etiam si nullam spem: ut in tecto uicii: cætera mihi probabuntur. Marcum Fetidiũ equitẽ Romanum amici mei filium: bonum & strenuum adulescentem: qui ad suum negocium istuc uenit: tibi commendo: & te rogo: ut eum i tuorum numero habeas: agros q̃ uos fructuarios habent ciuitates: uult tuo beneficio: q̃ tibi facile & honestum factu est: immunes esse: gratos & bonos uiros tibi obligaris. Nolo te putare fauonium a columnariis præteritum esse: optimus quisq; eum non fecit. Pompeius tuus aperte Cæsarem: & prouinciam tenere cum exercitu: & consulatum: ipse tamen hanc sñiam dixit, nullũ hoc tempore senatusconsultum faciendũ. Scipio hanc: ut Cal. Martiis de prouinciis Gallicis: neu quid cõiunctum referretur. Contristauit hæc sententia Balbum Corneliũ: & scio eum conquestum esse cum Scipione. Callidi⁹ in defensione sua fuit disertissimus: in accusatione satis frigidus. Vale.

¶ Immunis. sine onere: sine tributo. ¶ Obligaris. p obligaueris. ¶ Fauolum. nomen propriũ. ¶ Præteritũ. omissum. ¶ Columnarius. licet a colũna colũnari⁹ descendat: obscurum tñ est: quid Cic. itelligat. ¶ Põpeius tu⁹. hæc clausula ita claudicat: puto defectu aliquorũ uerborũ: ut nihil pfecti sensus afferat. ¶ Hanc s. sñiam dixit. ¶ Coniunctim. simul: sed separatim de gallis solũ. ¶ Cõtristauit. tristẽ reddidit: perturbauit. ¶ Disertissim⁹. facũdissim⁹. ¶ Frigid⁹. negligẽs. Vale. ASC.

VBB. Literas tuas. cū Bru. & Cassius territi multitudine ueteranoꝶ ex urbe migrassent: scripsit ad eos Anto. lrās minaces & contumeliósas: qbus appellabat eos homicidas & pditores: obiiciebatq; apte mortē Cæ. p cuius uidicta eis minabaꝶ. Itaq; ei rñdēt aiose si q sint ui ri liberi: & auctores libertatis: nō terreri talib' minis: hortanꝶ aūt eū: ut recte cōsulat rebus suis: & meminerit qd acciderit Cæs. q uoluit uiolēter dñari. ¶ Simillimas edicti. i. tales: q̄le fuit edictum qd in nos fecisti. ¶ Cōtumeliosas. plenas cōtumeliis. ga appellas non parricidas. ¶ Minaces: ga dicis te ulturū morte Cæsaris: ¶ A te: cōsule. ¶ Nobis. ptorib' urbāis. ¶ Lacessimus. puocamus. incitamus. ¶ Ea dignitate. i. tali dignitati: q̄li sum'. i. ptura. ¶ Edicto. p edictū tuū: ut p illud liceret nobis ire quocunq; uellemus. ¶ Id. petere aliqd a te. ¶ Hoc. r. ut doleam'. ¶ Ne. i. nō. ¶ Tribui. s. debet. ¶ Bruto & Cassio. q. d. q ñ solū hoc meremur sed oia maxia: ē. n. uix magna i noibus pprlis multo plus q̄ si dixisset nobis. ¶ Nā. rñsio ad quandā excusationē Anto. q scripserat se nunq̄ q̄stū eē. q Brutus & Cas. fecissent delectus: ipetrassent puincis pecūias parādas Po. Ro. & q exercitus sollicitassent: & q nūcios trās mare misissent: ut admonerēt oēs de eo q fecissent. Dīt āt se mirari: q cū hæc recitauerit: obiecerit ei mortē Cęsaris: sed tñ se nihil eoꝶ scire: ga neq; ipetrauerūt pecuniā: neq; fecerūt aliqd ex iis: de qb' dixerat. M. Antonius se nō eē questū. ¶ Eoꝶ. quæ supradicta sunt: de qb' negas te q̄stū eē. ¶ Obiiceres. iproperares: exprobrares. ¶ Concordiæ. non belli. ¶ Libertatis. qd si futuris. ¶ Per edictū. tuū. ¶ Quorū. armoꝶ. nobis. q p libertate cōtēnimus uitā nostrā. ¶ Neq; ē postulādū. Ant. i. neq; Antoni' debet postulare: aut q̄rere eē dñs eoꝶ: p quos factus est liber: iterfecto tyrāno a quo oēs opprimebanꝶ. ¶ Alia. i. aliæ causæ. ¶ Nihil p. nihil mouerēt nos. ¶ Nulla. n. snia: exornatio: est āt frustra quālibet etiam magnæ auctoritatis minaꝶ hoibus liberis: ga nō terrenꝶ minis. ¶ Impelli. idud. ¶ Quoq̄. in aliq̄ snīam: q̄ sit ōtra libertatē. ¶ Ea re. pp eā cām. ¶ Agis. loq̄ris. ¶ Vt iu. no. i. ut id qd iudicio & certa snia nrā facimus: uideamur facere metu. ¶ Nos. dīt se optare honorē. M. An. dūmō ciuitas sit libera: sed si uelit facere aliqd ōtra libertatē: se pluris facere libertatē q̄ ei' amicitiā. ¶ Hōestū. honoratū. ¶ Vocem'. ut uocemus. i. inuitem' : adducam'. ¶ Sustinere tuere. defēdere. ¶ Neq; q̄diu. pulcherrimū documentū ut itellegaꝶ uiolētū ipiū diuturnū esse non posset. ¶ Quamdiu. quia modicū tēpus & uix triennium. ¶ Salutaria: utilia. ¶ Si minus. s. fuerint salutaria. ¶ Quā minimum: ad modum paruum. ¶ Noceant: ne fortasse accidat tibi: quod Cæsari.

M. Brutus & C. Cassius Præ. M. An. con. S.

Literas tuas legimus similimas edicti tui contumeliosas: minaces: minime dignas q̄ a te nobis mitterenꝶ. Nos Antoni te nulla lacessiuimus iniuria. neque miratuꝶ credidim': si ptores & ea dignitate hoīes aliqd edicto postulassemus a cōsule: qd si idignaris ausos eē id facere concede nobis: ut doleamus ne hoc qdem abs te Bruto & Cassio tribui. Nā de delectibus habitis: & pecuniis iperatis: exercitibus sollicitatis: & nūciis trans mare missis: q te q̄stū eē negas: nos tibi qdē credimus optio aio fecisse: sed tñ neq; agnoscimus quicq̄ eoꝶ: & te miramur: cū hæc reticueris, nō potuisse cōtinere iracūdiā tuam: q nobis de morte Cæsaris obiiceres. Illud uero quemadmodum ferēdū sit tute cogita nō licere ptoribus cōcordiæ: ac libertatis cā: p edictum de suo iure decedere: qn consul arma minet: quoꝶ fiducia nihil ē q nos terreas. Neq; enim decet aut conuenit nobis periculo ulli submittere aiūm nostrū. Neq; ē Antonio postulādū: ut iis imperet: quoꝶ opa liber est. Nos si alia hortarenꝶ: ut bellū ciuile suscitare uellem', lrā tuæ nihil pficerēt. Nulla. n. minātis auctoritas apud liberos eē debet: sꝫ pulchre itelligis non posse nos quoq̄ ipelli: & fortassis ea re minaciter agis: ut iudiciū nr̄m metus uideaꝶ. Nos in hac snia sumus ut te cupiamus ēt i libera repu. magnū atq; hōestū eē. Vocem' te ad nullas inimicitias: sed tñ pluris nostrā libertatē quā tuā amicitiā æstimemus. Tu ét atq; ét uide qd suscipias: qd sustinere possis: neq; q̄diu uixerit Cæsar. sed quādiu non regnauit fac cogites. Deos q̄sumus consilia tua reip. salutaria sint: atq; tibi: si min' ut salua atq; hōesta reip. tibi quā minimū noceant optamus. Pridie nonas Sex. Vale.

ASC. Literas &c. Rñderat Antonius supbe lrīs Bruti & Cassii q nūc ēt aiose rescribūt se uere liberos & libertatis auctores nec cū sint ptores ab eo cōtēnēdos: pcāturq; ei mētē bonā. ¶ Ordo ē. Nos legimus lrās tuas simillimas edicti tui: cōtumeliosas: minaces minime dignas q̄ mitterenꝶ nobis a te. ¶ O Antōi: nos nulla. i. nō ulla lacessiuim'. i. iniuriose puocauim' te ulla iniuria: neq; credidim' sup. te miratuꝶ si nos ptores & hoies ea dignitate qua. s. nos sum': postulassemus aliqd a cōsule edicto. i. publica postulatiōe: qd si idignaris nos ausus eē facē id cōcede nobis ut doleam': ne qdē. i. nō saltē: hoc. s. edicto aliqd postulare: tribui abs te Bruto & Cassio. ¶ Nā q negas te eē q̄stū. i. fecisse q̄relā de delectibus. habitis. s. a nobis. i. de acq̄sitiōe militū: & de pecuniis iperatis. s. ciuib' ad stipēdia militū: & de nūciis missis. s. a nobis trās mare: nos qdā credim' tibi te fecisse optimo aio: uerisimilius tñ ē pessimo aio fecisse: nā q iniuste queq̄ calūniaꝶ solet sic dicere: nō queror aut nihil dico: de delectib' habitis &c. sed tñ neq; agnoscim'. i. fatemur fecisse quicq̄ eoꝶ: & miramur te cū reticueris hæc. i. nihil q̄stus sis de his potuisse cōtinere iracūdiā tuā: q nobiceres nobis de morte. i. cæde Cæsaris. ¶ Vero. i. sꝫ: tute. i. tuipse cogita quēadmodū illd sit ferēdū ñ licere. i. qd dixisti ñ licere ptorib' decedere p edictū/de suo iure cā ōcordiæ ac libertatis qn ōsul minet. i. tu cōsul mineris arma: quoꝶ. s. armorū fiduciā nihil est q terreas nos. ¶ Neq;. n. decet. i. decēs est: aut cōuenit nobis: submittere: idest subiicere animum nostrū ulli periculo. ¶ Neq; est postulādū Antonio. i. Antonius nō debet postulare: ut ipse impet iis: quoꝶ opera liber est. ¶ Si alia hortarenꝶ nos ut uellem' suscitare. i. excitare bellū ciuile: literæ tuæ. s. tā minaces nihil pficerēt. ¶ Eni. i. quia

auctoritas

auctoritas minãtis apud liberos debet eẽ nulla:idest nullius momenti. Sed tu intelligis pulchre:idest euidẽter nos nõ posse impelli quoquam: & fortassis tu agis minaciter ea re:idest propter eam rem:ut iudicium nostrum uideatur metus idest ut quod certo iudicio facimus metu facere uideamur. Nos sumus in hac sñia:ut cupiamus te esse ẽt repub. libera: magnũ atq; honestũ:idest decoratũ honoribus:& sup.ut uocemus:idest prouocemus te ad nullas inimicitias: sed tamen æstimemus pluris libertatem nostram:q̃ amicitiam tuam. Tu uide.i.considera:etiam atq; etiam.i.iterum atq; iterum quid suscipias.s.faciendum:quod possis sustinere.i.ut dicunt portare & efficere: neq; fac cogites quãdiu uixerit Cæsar: sed quã nõ diu.i.q̃ parum regnarit. Nos quæ sumus deos sup.ut cõsilia tua sint salutaria reipublicæ atq; tibi. Sin. minus:idest si non:sup.sint salutaria tibi: nos optamus ut ipsa salua & honesta.i.honorifica reip.noceant tibi quam minimum:idest ualde parum:Pridie Nonas Sextiles:idest eius mensis qui nunc Augustus dicitur. Vale.

D. Brutus Impe. M. T. C. S. P. D.

SI de tua in me uoluntate dubitarem multis a te uerbis peterem, ut dignitatem meam tuere re, sed pfecto est ita: ut mihi persuasi me tibi eẽ curæ. Progressus sum ad transalpinos cũ exercitu, non tam nomen captans imperatorium: quam cupiens militibus satisfacere: firmosq; eos ad tuendas nostras res efficere. Quod mihi uideor consecutus: nam & liberalitatem nostram & animum sunt experti cum omnium bellicosissimis bellum gessi multa castella cœpi, multa uastaui. Non sine causa ad senatum literas misi. Adiuua nos tua sententia: qd cum facies ex magna parte communi commodo inseruieris. Vale.



VBE. SI de tua. D. Brutus:ut in.x.lib.dixim⁹:antequã Mutinæ obsessus sit:in Galliam transalpinam ut ipse nũc scribit:se receperat: ubi cum prospere egisset:breuiter a Cice.petit: ut Romæ dignitatem eius tueatur & sententia sua eum adiuuet cõtra Cæsarianos:qui eũ criminabantur:q Cæ.interfecisset. Transalpinos ad Gallos:qui transalpis incoluot. Captans. quærens nomen imperatorium: idest ut nominaretur imperator. Satisfacere militibus. facere quod uellent milites: q me poscebant imperatorem. Firmos. fortes intrepidos. Quod:ut sint fortes ad tuẽdas res nfas. Videor cõsecutus. uideor effecisse. Bellicosissimis omnium. cum pugnacissimis:& in bello fortissimus. Vastaui. dirupi & euerti Non sine causa: post magnas & præclaras uictorias. Tua sentẽtia. sentiẽdo & bene dicendo de nobis. Inseruieris.i.beneficiũ præstiteris. Cõmuni cõmodo:pro quo ego laboro: adiuuando igit me adiuuabis cõem utilitatẽ.



ASC. SI de &c. Brutus antequam Mutinæ obsidebatur se in Galliam transalpinam ad Italos spectẽs:se contulerat: unde ad Ciceronem scribens petit suam dignitatem ab eo confidit defensum iri. Ordo est. Si dubitarem de uoluntate.i. beneuolentia tua in me.i. erga me ego peterẽ a te multis uerbis ut tuerere:idest defenderes & protegeres dignitatem meam. Sed profecto est.i.res se habet ita:ut idest q persuasi mihi me esse tibi curæ. Ego progressus sum ad transalpinos:scilicet populos cum exercitu non tam captans.i.affectans nomen imperatorium q̃ cupiens satisfacere militibus & efficere eos firmos ad tuendas res nostras. Quod.i.quam rem ego uideor mihi consecutus.i.optinuisse. Nam sup. milites sunt experti idest re ipsa cognouerunt:&.i.simul.libertatem nostram:qua milites multum deuinciuntur imperatori:& animum:idest aut beneuolentiam nostram in se:sed sic consideret cum liberalitate:aut igitur propositum & quo animo bellum susceperim: sed potissimum animum:idest animositatem:quia sequitur:gessi bellum cum populis bellicosissimis omnium: cœpi multa castella uastaui multa:misi literas ad senatum non sine causa. Adiuua nos sententia tua:quod cum facies: inseruieris communi commodo ex idest pro magna parte. Vale.

M. T. C. D. Bruto Impera. S. P. D.

LVpus familiaris noster cum a te uenisset: cumq; Romæ quosdam dies commoraretur ego eram in iis locis: in quibus maxime me tuto esse arbitrabar. Eo factum est, ut ad te Lupus sine meis literis rediret: cum tamen curasset tuas ad me perferendas. Romam autem ueni ad quintum idus Decembris: nec habui quicquam antiquius: quam ut Pansam statim cõuenirem; ex quo ea de te cognoui, quæ maxime optabam. Quare hortatione tu quidẽ nõ egeas, sine in illa quidẽ re: quæ a te gesta ẽ,



VBE. LVpus familiaris Excusat se primum Cice quare non rescripserit Bruto per lupum: q eius ad se literas attulerat. Deide hortatur Brutum: ut iactis tam maximis fundamentis libertatis interfecto tyranno perficiat & reliqua: ut oppresso. M. Anto. liberet rẽpubli. dominatu regio: ut finis factorum suorum respõdeat principio Postremo pollicetur ei omnia: quæ ad eius laudem & gloriam pertineant: quem sibi esse carum dicit & reipub. causa: cuius ille est defensor & q eius uet. & ei⁹ dignitatẽ amplificari cupit. Lupus. nomẽ uiri utriusq; familiaris & amici. Tuto. sine periculo aberat autẽ ab urbe Cice. ut ex sequentibus cognoscitur: cum dicit se uenisse Romam ad quintum idus Decembris. Eo. ppter id: quia aberã ab urbe. Hortabar. s. ut faceres. Sine in illa quidẽ re. arguit a maiori ad minus: est autem sensus. Tu non eges hortatione quia nec in illa re. quæ erat maxima expectasti hortationem: sed sponte tua fecisti. Si. quia: affirmationem enim significat. In illa re. in interficiendo Cæsarem. Eo

ASC. LVpus &c. Excusat se primũ Cicero quare nõ rescripsit Bruto per Lupũ: qui literas eius ad se attulerat: dicẽs se Rome non fuisse. deinde hortat Brutũ ut iactis tã magnis fundamẽtis libertatis reliqua perficiat Antonium opprimendo qui solus libertati obstet: pollicetur q; se oĩa pro ei⁹ dignitate factuꝝ. Ordo ẽ. Lupus familiaris noster cũ uenisset a te. & cũ cõmoraretur Romæ quosdã.i. aliquot certos dies: ego eram in iis locis in q bus arbitrabar me esse maxime.i. præcipue: tuto.i. sine periculo. Eo.i. per id factum est: ut lupus rediret ad te sine literis meis cum tamen curasset tuas scilicet literas perferendas idest ut perferantur ad me. Autem.i. sup. ego ueni Romam ad quintum Idus Decembris. nec habui quicq̃ antiquius.i. charius: eo q antiquissimos habere solemus: q̃ ut cõuenirem.i. colloquendi gra adire statim Pãsam.s. cõsulẽ. ex quo cognoui de te ea: quæ optabã maxime. Quare tu qdẽ nõ eges hortatione sine quidem.i. non saltem desyderasti hortatorem in illa re.s. in cæde tyranni utpote Cæsaris: quæ gesta est a te maximam.

VBE. ¶ POst hominum memoriam post q̃ homines possunt meminisse: quia nullus meminit tantā unq̃ rē factam esse. ¶ Significandum: inueniendum. ¶ Quod. s. meminisse. ¶ Quantā rē. interfecto Cæ. feceris. ¶ Gerendæ. ut & reliq tollantur qui remp. parant opprimere. ¶ Iste inuidiosum pronomen & ad contemptū positum significat autē Anto. ¶ Prouinciā: Galliam Cælticam: q̃ sibi petebat. ¶ Spē nul. reliquā: spē nullam nobis relictā: & in futurum esse. ¶ Exitus. opprimēdo M. Anto. qui apetit tyrannidem. ¶ Principiis. sicut interfectū Cæsarē. ¶ Munus. tuus officiū. ¶ Vel potius. correctio. ¶ Omnes gentes non solum Italiæ sed etiam cuiuscunq; nationis. ¶ Ea. hortatione. ¶ Pluribus. s. uerbis. ¶ Quod meū est. quod ad me pertinet. ¶ Tibi faueā. tui sim studiosus & amator. ¶ Optimis cōsiliis. defendēda libertate: ordo est Quamobrē uelim tibi persuadeas me defuturum nullo loco tuis optimis consiliis amplitudini & gloriæ cum causa reip. tū quod tibi ipsi faueam

post hominum memoriam maxima hortatorem desiderasti. Illud tamen breuiter significandum uidetur: populum Romanum omnia a te expectare: atque in te aliquādo recuperandæ libertatis omnem spem ponere. Tu si dies noctesq; memineris: quod te facere certe scio: quantam rem gesseris: non obliuiscere profecto etiam quantæ tibi nunc gerendæ sint. Si. n. iste prouinciam nactus erit: cui quidem ego semper amicus fui antequam illum intellexi non modo aperte: sed etiam libenter cum rep. bellum genere spem reliquam nullam uideo salutis. Quamobrem te obsecro iisdem precibus quibus senatus po. q; Ro. ut in perpetuum remp. dominatu regio liberes: ut principiis cōsentiant exitus. Tuū est hoc munus: tuæ partes. a te hoc ciuitas uel omnes potius gentes: non expectant solum: sed etiam postulant: quamquam cum hortatione non egeas: ut supra scripsi nō utor eā pluribus uerbis: faciam illud quod meū est: ut tibi omnia mea officia studia curas cogitationes pollicear: quæ ad tuam laudem: & gloriam pertinebunt. Quamobrem uelim tibi persuadeas: me tum reipublicæ causa: quæ mihi uita mea charior est: tū q tibi ipsi faueā: tuamq; dignitatē amplificari uelim: tuis optimis cōsiliis amplitudini gloriæ nullo loco defuturum. Vale.

ASC. ¶ POst memoriam hominum. ¶ Tamen. i. nihilo minus illud uidetur significandum breuiter populū Romanum expectare a te omnia: atq; reponere. i. collocare in te omnē spem libertatis recuperādæ aliquādo. i. tādē. ¶ Si tu memineris dies & noctes. i. p totū tempus continuū: quod scio te facere. quantam rem gesseris profecto: idest reuera: non obliuiscere. i. obliuisceris quantæ. s. res: sint tibi gerendæ etiā nunc. i. adhuc. ¶ Si enim iste. s. Antonius homo cōtēptibilis: cui quidē ego fui semper amicus: antequā intellexi bellū gerere cum rep. i. cōtra rēpu. eam oppugnādo nō modo aperte. i. manifeste sed etiam libēter nactus fuerit prouinciam. s. Gallicanam nullā. i. non ullam: non uideo ullam spem salutis. s. reliquā: idest relictā. ¶ Quāobrem obsecro te iisdem præcibus quibus senatus populusq; Romanus ut liberes remp. in perpetuum dominatu regio: idest tyrānide: ut exitus: idest fines consentiant: idest concordent principiis: quibus. s. unū regem sustulisti. ¶ Hoc est munus tuū: hæ sup. sunt partes tuæ idest officia tibi a rep. assignata ciuitas s. Rōmana uel potius omnes gentes. i. nationes mundi: nō expectant solū. i. dūtaxat hoc a te: sed etiam postulant. i. quasi debitum exigunt. ¶ Quāquā cū nō egeas hortatione: ut scripsi supra idest pauloante hac epistola: non utar ea. s. hortatione pluribus uerbis. ¶ Faciam illud quod est meū: idest officii mei. ¶ Non legi ubi mea dixerit cum uerbo est: ut pollicear tibi oia offi. ia mea. studia. s. omnia: curas omnes: cogitationes sup. oēs: quæ pertinebant ad laudem & ad gloriam tuā. Quamobrem uelim. supple ut persuadeas tibi ita: me nullo loco defuturum: idest omni loco auxilio futurum tuis optimis consiliis & supple amplitudini gloriæ tuæ: tum idest pariter causa reipub. tum. idest pariter q faueam tibi ipsi: & uelim dignitatem tuam amplificari. Vale.

M. T. C. Bruto Imp S. P. Dicit.

LVpus noster cum Romā sexto die mutina uenisset: postridie me mane conuenit tuaq; mihi mādata diligētissime exposuit & lras reddidit. qd mihi tuā dignitatē cōmēdas: eodē tpe existio te mihi meā dignitatē cōmēdare: quā me hercule nō hēo tua chariorē. Quare mihi gratissimū facies: si exploratum hēbis tuis laudibus nullo loco nec cōsiliū nec studiū meū defuturū. Cum tribūi pl. edixissent senat' adeēt ad. xiiii. kal. Ianuarias hērētq; i aio

VBE. LVpus noster. Cū Brutus literis suis p lupū missis cōmendasset dignitatē suā Ciceroni: respondet Ci. se existimare non bruti. Sed suā ppriam dignitatē sibi cōmēdatā fuisse: affirmatq; se eius laudibus nullo loco defuturū. Deinde dicit se eius cā iuisse in senatū citius q̃ p. posuerat: ibiq; defendisse acerrime dignitatem Bruti: male autē ut ab aliis q̃ a seipso intelligat quæ de eo dixerit: hoc aūt affirmat se summo studio defensurū quæcūq; ad eius dignitatē pertinebūt: quod & si cognoscit multos alios facturos: tū dicit se uelle esse primū in ea re. ¶ Sexto die. i. sex diebus postq̃ Mutina discessit. ¶ Postridie. postero die: q̃ uenit. ¶ Mādata quæ uerbis ei commiseras. ¶ Eodem tempore. simul & semel. ¶ Quam. meam. ¶ Exploratum habe. certissimum tenebis. ¶ Edixissent. fecissent edictum & decretum: ut senatus conueniret. ¶ Referre. propōnere.

ASC. LVpus &c. Respondens Bruti epistolæ dicit sibi Bruti dignitatem non minus quam suam esse commendatam ac charam dicitq; eius causa iuisse in senatum & ibi dignitatem eius acerrime defendisse quod ex aliis potius
1 quam ex se illum discere uelit: pollicetur q; se omnia quæ ad eum pertinebunt pro uirili sua defensurū. ¶ Credo est Lupus noster cum uenisset Romam Mutinam. i. ab urbe in Italia non longe a Rhegio. sexto die: idest spatio sex dierū: cōuenit me: idest ad me postridie: idest die qui proxime secutus est: mane: & exposuit mihi diligentissime mandata: tua & reddidit literas: quod: ut erat in literis: tu commendans mihi dignitatem tuam. ¶ Ego existimo te commendare mihi meam dignitatem eodem tempore hoc est quasi eadem opera: quam. s. dignitatem meam non habeo chariore m tua. i. q̃ tuā: me hercule. s. ita prosequente ut uerū dico. ¶ Quare tu facies mihi gratissimū: si habebis exploratū. i. omnino certū nullo loco nec cōsiliū meū nec studiū meū defuturū tuis laudibus. ¶ Cū tribuni plebis. edixissent. i. denunciassent publice sup. ut senatus adesset ad. xiiii. Kalen. Ianuarias: & haberent in animo referre. i. consulere senatū.

De præsidio

VBE. ¶ DE præsidio con. desi. ut liceret consulibus designatis habere præsidiū militū ad tutelam suam: ne interficerent a Cæsarianis: qui eos persequebantur: erant aūt cōs. desi. C. N. Plan. & D. Bru. qui ut uisum est in prima epistola huius. xi. li. postulauerat ut liceret interfectoribus Cæsaris esse romæ cū præsidio. ¶ Edictū. i. de te: uel qd̄ proposuerat de præsidio. ¶ Vt si: ut nemo diceret de immortalibus tuis in rēpub. beneficiis. ¶ Quod fa. es. qa nemo dixit de tuis meritis p̄ter me. ¶ Aut. e. m. n. a. subaudi nefas esse dixi. ¶ Esset an. intellectū me uenisse in senatum. ¶ Frequētissimi: oēs. ¶ Literis ali. ne uidear obiicere tibi officium meū si cōmemorauerim: quæ te dixerim. ¶ Cum multis: qui sunt parati ad idem faciēdū. ¶ Principatū hu⁹ rei. i. tū uelī tibi p̄suadeas me uelle esse in hac re principem. i. primum omniū.

de præsidio cōsulum designatorum referre: q̄q̄ statueram in senatum ante Kalen. Ianuarias: non uenire: tamen cum eo die ipso edictum tuum propositū eēt nefas esse duxi: aut ita haberi Senatū ut de tuis diuinis in remp. meritis sileretur (quod factum esset: nisi ego uenissem) aut etiam si quid honorifice de te diceretur: me non adesse. Itaq; in senatum ueni mane: quod cum esset animaduersum frequentissimi senatores cōuenerunt. Quæ de te in senatu egerim: quæ in concione maxima dixerim: aliorum te literis malo cognoscere. Illud tibi persuadeas uelim: me oia quæ ad tuā dignitatem augendā pertinebunt: quæ est per se amplissima summo semp studio suscepturū & defensurū: q̄ q̄q̄ intelligo me cum multis esse facturum: tamen appetam huius rei principatum. Vale.

M. T. C. Bruto impe. S. dicit.

CVm adhibuisset domi meæ Lupus me: & Libonē, & Seruium consobrinū tuū: quæ mea fuerit sententia cognoscere te ex Cn. Seio arbitror: qui nostro sermoni interfuit. Reliqua q̄q̄ statim Seiū Græceius est, subsequutus tn̄ ex Græceio poteris cognoscere. Caput aūt est hoc q̄ te diligentissime percipere & meminisse uelim: ut ne in libertate & salute ppl'i romani cōseruanda auctoritatē senatus expectes nōdū liberi: ne & tuū factū cōdēnes (nullo. n. pub. cōsilio. rēp. liberasti: quo ēt & res illa maior & clarior: & adulescentem uel potius puerū Cæsarē iudices temere fecisse: q tātā causam publicā priuato consilio susceperit: deniq; hoīes rusticos: sed fortissimos uiros: ciuesq; optimos dementes fuisse iudices: primum milites ueteranos commilitones tuos: deinde legionem Martiam: legionem quartam

ASC. ¶ DE præsidio cōsulū designatorū. i. qd̄ præsidium illis addiceret statuerā: q̄q̄ non uenire in senatū ante Kal. Ianuarias: tū cum edictum tuū esset propositū eo ipso die: duxi. i. existimaui nefas esse: aut senatū haberi ita ut sileret de tuis diuinis meritis in rēp. qd̄ factū esset. i. si ita dicere liceat silitum aut tacitū fuisset de te: nisi ego uenissem: aut etiam me non adesse si qd̄ diceret honorifice de te. ¶ Itaq; ego ueni mane in senatū quod cū esset animaduersum: senatores frequētissimi cōuenerunt. ¶ Sed sup. ego malo te cognoscere literis alioꝝ. s. quam meis: ea quæ egerim de te in senatu: & quæ dixerim in cōcione. i. congregatione hominū maxima. ¶ Ego uelim sup. ut p̄suadeas tibi illud: me suscepturum sup. esse: & defensurum semper summo studio: omnia quæ pertinebunt ad augendam dignitatem tuam. quæ est amplissima per se idest absq; alicuius suffragio. ¶ Quod q̄q̄ intelligo me esse facturū cum multis tamen appetam. i. conabor habere principatum. i. primum locum huius rei. i. in hac re. Vale.

VBE. CVm adhibuisset: cū domi Ci. multi ex amicis Bruti congregati essent ut consultarēt quid a Bruto agendum esset scribit Ci. Brutū posse intelligere sniam suam ex. M. Seio: qui omnibus reb⁹ interfuit illud aūt suadet: ut in conseruanda libertate & salute po. Ro. non expectet auctoritatem & iussa senatus sed ipse faciat quod putabit & iudicabit esse faciendum: quia satis intelligitur senatus iussisse: cum habet uoluntatem: sed non audet ob aliquam metum iubere: postremo ostendit omnino perseuerandū esse Bruto ad defendendā libertatem cum iam bis id incepit: a quo incepto nō potest bonus ciuis sine infamia desistere. ¶ Adhibuisset: adiunxisset: aggregasset. ¶ Sententia: iudicium de eo quid sit agēdum. ¶ Subsecutus est: successit statim: post q̄ Seius discessit. ¶ Caput: summi principium. ¶ Percipere: intelligere. ¶ Vt ne ordo est: ut ne expectes auctoritatē senatus i libertate conseruanda. ¶ Auctoritatem: sententiam senatusconsultū. ¶ Nondum li. s. senatus. i. qui adhuc non est in libertate: ut audeat decernere quid tibi sit agendum. ¶ Ne & tuum: subaudi uelim. ¶ Ne dānes tuū fa. i. pœniteat te & putes me male fecisse quod Cæ. interfeceris. ¶ Nullo pu. sed tuo. ¶ Quo: ob quā rem quia tuo consilio & non publico usus es. ¶ Clarior: illustrior: quia si publico consilio id fecisses: esset tua laus cum multis cōicāda. ¶ Et ado. subaudi uelim: ne iudices Cæsarem adolescentē. ¶ Temere fe. i. imprudenter. ¶ Tātam causam. defendendæ reip. ¶ Priuato suo: non cōmittente ei senatu. ¶ Deniq;: subaudi uelim ne iudices. ¶ Homines ru homines imperitos & timidos: quales solent esse rustici. ¶ Sed ui. for. bū uiros dixit contra homines: quia ad uirtutem refertur. ¶ Fortissimos: maximi animi: contra quod dixit rusticos. ¶ Fuisse de. sed potius sapientes. ¶ Commilitones: qui tecum militauerunt sub Cæsare in Gallia primum: subaudi ne iudices dementes fuisse.

ASC. CVm adhibuisset. &c. Cum multi ex amicis Bruti domi Ciceronis consultarent quid Bruti agendum esset intereat Marcus Seius e quo dicit Brutum posse omnia intelligere. Monet autem ut pergat nec expectet auctoritatē & iussa senatus qui satis iussisse uisus est cum se uelle significaret: licet ob metum palam non auderet. ¶ Ordo ē. Cum Lupus adhibuisset: scilicet ad consultationem aggregasset domi meæ me & Libonem & seruium consobrinum tuum: ego arbitror te cognoscere ex Cnæo Seio qui interfuit sermoni nostro: quæ fuerit sententia mea & tu poteris cognoscere reliqua ex Græceio: quamquam Græceius subsequutus est statim. ¶ Sciū autem: idest sed caput: idest principalis conclusio: est hoc: idest huiusmodi: quod uelim te percipere & meminisse diligentissime: ut ne idest non expectes auctoritatem senatus nondum liberi in libertate & salute populi Romani conseruanda: ne idest simul: condēnes factum tuum: nullo enim consilio publico liberasti rempublicam: quo: idest per quod: res illa: scilicet quam egisti: est sup. etiā maior & clarior: idest illustrior quam si alterius auctoritate eam suscepisses: & iudices Cæsarē. s. Octauium adulescentem uel potius puerum: fecisse temere. i. inconsyderate: qui susceperit tantam causam publicam: scilicet quantam peregerat. ¶ Deniq; tu iudices: scilicet sic: homines rusticos sed uiros fortissimos & ciues optimos: primum milites ueteranos commilitones tuos: deinde legionem Martiam: legionem quartam: quæ iudicauerunt.

VBB. ℭSVVM con. M. Antoniū, qui erat consul. cū Cæ. est interfectus. ⸿ Voluntas: intētio. ⸿ Pro au. p decreto. ⸿ Metu. timore alicuius: ne audeat ea dicere & decernere quæ sentit & uellet fieri: sicut tūc pp Anto. timorem non audeat senatus dicere: quod uolebat. ⸿ Causa: tuendæ reipu. ⸿ Vt non. f. i. ut iam non liceat tibi desistere: si uelis: non sit amplius in ptāte tua omittere causam bis susceptam. ⸿ Primū: suscepta ē tibi causa. ⸿ Idibus mar. quo die Cæ. interfecisti. ⸿ Proxime: nuperrime. ⸿ Exercitu no. a te collecto. ⸿ Animatus: inflāmatus. ⸿ Ita. n. u. n. f. n. i. i. non ita ut nihil facias nisi qđ iusserit senatus: sed ita debes esse animatus. ⸿ Vt ea. g. f. iudicio tuo. ⸿ Cum. su. ad. quia fint & subito & optime facta: talia enim solent esse admirationi.

ASC. ℭSVVM cōsulē. s. Antoniū: hostē. s. po. Ro. & cōtulerūt se ad salutē reip. defendendā: hos in quā oēs iudices fuisse dementes. ⸿ Sed non est ita iudicandū quia Voluntas senatus debet haberi pro auctoritate: cū auctoritas. i. publica adprobatio impeditur metu. ⸿ Postremo. i. qđ ultimo loco dico: causa est suscepta: tibi. i. a te iam bis ut non sit. s. tibi: itegrū. i. mere liberæ utrū pergas an desistas: qa necesse ē pgere. ⸿ Primū sup. suscepta ē tibi: idibus Martiis qbus Cæsarē occidisti: deide pxime: exercitu nouo & copiis cōparatis. ⸿ Quāobrē tu debes esse paratus atq; animatus ad omnia ita: nō ut facias nihil nisi iussus: sed ut geras ea q̃ laudentur ab oībus cū summa admiratiōe. Vale.

VBE. EO tpe. Quo tpe Bru. maximis uiribus Antonium Opprimebat mutinæ: ostendit Ci. Brutū magnæ curæ esse senatui non solum pp̄ter salutē publicā: sed ēt pp dignitatē ipsius Bruti: quem dicit esse omnibus ciuibus carissimū: in quo maximā habeant spem perpetuæ libertatis: monet autem eum quid fiat in Italia: & petit se ab eo certiorē fieri quid & ipse & Hyrtius & Octauius agant. Postremo pollicetur se nulla re defuturū eius dignitati. ⸿ Polla tua. s. uxor. ⸿ Cum. i. quo. s. tpe. ⸿ Suspensa: adhuc incerta & dubia. ⸿ Legatorum. qui missi fuerant ab Anto. ut obsidione desisteret. ⸿ Nihil dum: pro nihil: nā dū

Nihil dum adiecto est sicut ades dum: uel certe nihil dū pro non

Dum dum more græco: nam & μηδέπω & μήπω p nondum dicitur apud græcos. ⸿ Confidunt: certissimum habent sine dubitatione credūt. ⸿ Vt: sicut. ⸿ Rege: Cæ. erat autem regium nomen apud Romanos inuidiosum: unde ad fugiendum inuidiam Cæ. imperator q̃ rex appellari maluit. ⸿ Regno: dominatu quorundā. ⸿ Delectus: qui ut supra diximus ex diuersis locis electis fit: sed qm oēs & nō quidam se offerebāt ad libertatē: ideo correxit dicēs. si hic delectus appellandus. cum potius sit appellanda cōis omnium conspiratio.

Vltro ⸿ Vltro: sponte: nō inuitati ⸿ Tātus ardor: admiratiue. ut Tātæ molis erat Romanā condere gētē. ⸿ Diuturnæ: lōge. ⸿ Hyrti⁹: cōsul: q erat in castris Cæsa. Octa. ⸿ Societate ui. qa simul eritis uictores.

ℭRelictum est: superest.

ASC. EO tempore. &c. Quo tempore eodem Antonius maximis uiribus opprimebat Mutinæ scripsit ad Brutum Cicero dicens eius salutē maxime curæ esse senatui: omniq; populo: cum sponte sua nomina darent & ad malitiam scriberentur pro liberando eodem: & per eum repub. subleuanda a rego ut liberata erat a rege. ⸿ Ordo est. Polla tua: scilicet uxor misit ad me ut si quid literarum uellem sup. dare ad te: darem: Sunt qui legant dare: quo modo subaudiendum esset aliud uerbum quale esset: ut supp. admoneret aut sciret &c. eo tempore: cum: idest quo: non habebam quid scriberem. ⸿ Omnia enim erant suspensa propter expectationem legatorum: qui missi fuerant ad Ant. ut desisteret ab obsidione: qui: scilicet legati quid egissent. s. apud Antonium: nihil dū: idest: nihil adhuc nunciabantur. ⸿ Ego tamen existimaui hæc scribenda: Senatum populumq; Romanum laborare de te non solum causa salutis tuæ: sed etiam dignitatis tuæ. ⸿ Enim idest quia: Charitas quędam nominis tui est admirabilis: & amor omnium: ciuium est in te singularis. ⸿ Ipsi enim sperant atque cōfidunt ita te ut antea: scilicet liberasti remp. rege: idest tyranno: ita te liberaturum sup. esse hoc tempore rempu. regno hoc est nullus deinceps se regem profiteri audeat. ⸿ Delectus: idest conscriptio militum qui de multis legitur habetur Romæ & in tota Italia: si hic: idest huiusmodi conscriptio: est appellandus delectus: cum omnes se offerunt ultro. ⸿ Tantus ardor occupauit: idest inuasit animos hominum desyderio libertatis & odio seruitutis diutinæ. ⸿ Nos debemus expectare a te literas de reliquis rebus: quid scilicet ipse: idest tu agas: quid Hircius noster sup. agat: quid Cæsar meus: scilicet singularis amicus: dicit meus: quia propter interfectum Cæsarem a quo hæres scriptus erat: & filii: loco habitus non audet cum Bruto dicere amicum supp. agat: quos spero breui tempore fore copulatos tecum societate uictoriæ. ⸿ Reliquum est ut scribam id de me: quod ego & spero & malo te cognoscere ex literis tuorum: neque deesse neque defuturum ulla in te dignitati tuæ. Fac ualeas.

quæ suum consulem hostem iudicauerūt: seq; ad salutem reip. defendendam contulerunt. Voluntas senatus pro auctoritate haberi debet: cum auctoritas impeditur metu: postremo suscepta tibi causa iam bis est: ut non sit integrum primum idibus Martiis: deinde proxime exercitu nouo & copiis compararis. Quamobrem ad omnia ita paratus atq; animatus esse debes non ut nihil facias: nisi iussus: sed ut ea geras: quæ ab omnibus summa cum admiratione laudentur. Vale.

M.T.C.D. Bruto Impe. S. dicit.

EO tēpore Polla tua misit ad me: ut ad te, si qđ uellem: darem literarum cum quid scriberem non habebam: Omnia enim erant suspensa propter expectationem legatorum qui quid egissent: nihil dum nuntiabatur: Hæc tamen scribenda existimaui. S.P.Q.R. de te laborare non solum salutis suæ causa: sed etiam dignitatis tuæ. Admirabilis est enim quædam tui nominis charitas: amorque in te singularis omnium ciuium. Ita enim sperant atque confidunt ut antea rege: sic hoc tempore regno te rēpu. liberaturū: Romæ delectus habetur: totaq; in Italia: si hic delectus appellandus est: cum ultro se offerunt omnes. Tantus ardor animos hominum occupauit desyderio libertatis: odioq; diutinæ seruitutis. De reliquis rebus a te iā expectare literas debemus: quid ipse agas: quid noster Hircius: quid Cæsar meus: quos spero breui tempore societate uictoriæ tecū copulatos fore. Reliquum est: ut de me id scribam: quod te ex tuorum literis & spero: & malo cognoscere: me neq; deesse ulla in re: neq; unquam defuturum dignitati tuæ. Fac ualeas.

ℭPansa: Fuso



Ansa:Fuso & supato Ant.apđ Mutinā nō sine clade & uulnere uict. q:qa i eo ꝑlio ꝑter multos milites iter ierūt ēt ɔsules Hyrti⁹ & Pāsa hortaƚ Brut⁹ Ciceronē:ut puideat ne cæde cōsulū hostes uires accipere:possint: dicitq; quod ipse sit facturus:& qđ sentiat de Lepido polliōe & Plāco:nā de planco se bn̄ sperare dicit cū de aliis duobus & ꝓcipue de Lepido dubitet. Amisso:interēpto. ¶ Detrimēti:dāni. ¶ Nō ꝑterit te scis. ¶ Inimici: Antoniani. ¶ Cōsulib⁹:Hyrtio & Pāsa. ¶ Sublatis:iterēptis. ¶ Cōualescere:ualidiores fieri. ¶ Cōfestī Vtrūq;:qđ sequit.s.ne.aut. ¶ Vētidi⁹ elabaƚ.i.effugiat:ut Antenor potuit mediis elapsus achiuis erat.n.Vētidi⁹ An.amicissim⁹. VBE.

D.Brutus.M.T.C.S.P.D.

Pansa amisso quantum detrimēti resp. accoeperit:nō te ꝑterit:nūc auctoritate & prudentia ꝓspicias oportet:ne inimici nostri consulibus sublatis sperent se conualescere posse. Ego ne consistere possit in Italia antoniusidabo operam: sequar eum confestim utrumq; me prestaturum spero:ne aut Ventidius elabaturi aut Antonius in Italia moretur. In primis rogo te ad hominem uentosissimum Lepidum mittas: ne bellum nobis redintegrare possit Antonio sibi coniuncto. Nam de Pollione asinio puto te ꝓspicere quid sit facturus. Multæ & bone & firmæ sunt legiones Lepidi & Asinii. Neq; id circo tibi scribo: ꝙ te non eadem animaduertere sciam: sed ꝙ mihi persuasissimum est Lepidum recte facturum nunquam. Si forte uobis id de hoc dubium est. Plancum quoq; confirmetis oro:quem spero pulso Antonio reipu.non defuturum. Sed si alpes Antonius traiecerit: constitui præsidium in alpibus collocare:& te de omni re facere certiorē. Quarto Kalen. Maias ex castris regii. Vale.

¶ Præstaturq;: effectuq;. ¶ Vētosissimū.uanissimū.mēdacissimū: & leuissimū. ¶ Reintegrare renouare. ¶ Prospicere: puidere: & eū puto cōiūctū iri cū An. ¶ Nunq re.fa.qa uideret inclinari ad An. ¶ Persuasissimū:certissimū. ¶ Cōfirmetis:ni ꝑseueret i tuēda libertate:ut añ cœpit. ¶ Traiecerit: trāsmiserit. ¶ Presidium: milites qui seruant ipsas alpis. ¶ Regii quæ urbs est non procul a Mutina.

Pansa &c. Fuso An.apud mutinā. ¶ Non sine clade eoꝝ q uicerūt qa Hirtius & Pāsa cōsules in eo cōflictu ceciderat hortatur Bru. Ci. ut ꝓspiciat ne ꝑ necē consulū hostis uires augeanƚ. dicitq; qđ ipse sit facturus:& qđ sentiat de Lepido: Polliōe: & Planco. ¶ Ordo ē. Nō ꝑterit te.i. scia tuā nō fugit hoc est bn̄ scis:q̄tū detrimēti resp. accoeperit Pāsa.i. cōsule amisso:qa occiso:nō oportet sup.ut: prospicias auctoritate & prudētia:ne inimici nr̄i sperēt se posse cōualescere.i.fieri ualidiores:cōsulibus.s.Pāsa & Hirtio sublatis.s. de medio uiuētiū. ¶ Ego dabo operam ne An.possit cōsistere.i. sedē figere in Italia: sequar.n. cōfestim:hoc ē cū festinatiōe:ego spero me ꝓstaturq;.i. effecturq; utrūq; ne aut. ¶ Vētidius elabaƚ :aut An.q̄ sit elapsus erat:moreƚ in Italia: neutrū tn̄ ꝓstitit. ¶ In primis rogo te sup.ut mittas ad Lep.hoīem uētosissimū.i.leuissimū & incōstātissimū:ne possit redintegrare nobis bellū: An.cōiūcto sibi id aūt euenit. ¶ Nam ego puto te ꝓspicere de Asinio Polliōe q ꝓconsul in Hispaniis erat:quid sit facturus. ¶ Multę & bone et firmæ sunt legiōes Lep.& asinii. ¶ Neq; scribo id tibi id circo ꝙ sciam te non animaduertere eadem: sed ꝙ persuasissimū est.i.oīno creditū mihi:Lep. nūq̄ facturum recte.i.ꝓ rep. ¶ Si id forte dubiū est uobis de hoc.s.Lep.cōfirmetis oro Plancū:quem spero non defuturum reip. Anto.pulso:ita aūt simulauit se facturum:sed nihil boni effecit. ¶ Sed si anto.traiecerit alpes:ego cōstitui.i.ꝓposui: collocare in alpibus ꝓsidium.i.militum custodiam qui transitum prohibeant:& facere te certiorē de oī re. ¶ Quæ fere tota cōtra constitum bonorum euenit. ¶ Nā Lep.& An.etiā Cæsarē in partes suas traxerunt:& simul triumuiratum inierūt. ¶ Ex castris regiis.i.q̄ sunt Regii.quod oppidum est nō longe a mutina:dictū Regium Lep. Vale. ASC.

D.Brutus.M.T.C.S.D.

Non mihi remp.plus debere arbitror:quam me tibi:gratiorem me esse in te posse: quā isti peruersi sint in me:exploratum habes. autem hoc tempore ab his uideatur dici causa simulationis: mallem me hercule tuum iudicium.quam ex altera parte omnium iustorum. Tu enim a certo sēsu: & uero iudicas de nobis. quod istic ne faciant summa

NOn mihi.M.An.ut sæpe supra dixim⁹: postq̄ supatus ē apđ Mutinā:semp q̄siuit secū Plā. & ꝓcipue cū Lep.cōiungere. Itaq; cū Romæ ageret de dignitate Bru. multiq; ei aduersarent. Primū ōndit Bru.se male defensorē suū solum Ci. q̄ oēs alios. Deinde ōndit in q̄to periculo sit resp. expositq; qđ fecerit Anto.post fugā suā ex Mutina: cui dicit potuisse obsisti:si Cæs.Octa.uoluisset ei parere q̄ oia dicit:ut a Ci.diligenter exponant i senatu. Postrēo dicit ad quā difficilē pecūiæ sit redact⁹. ¶ Rēpu. debere mihi:pp assiduā curā meā erga eā & ꝓpter īmortale bn̄ficiū:qđ ei ꝓstiti:cū meo periculo eā ex tyrannide liberaui. ¶ Quā me tibi.s.arbitror debere. ¶ Peruersi: iniqui:malo animo. ¶ Dici cā.s.mea.i.uideatur esse agendū de me uel. ¶ Si.i.quis. ¶ Mea cōmode.u. dum uideaƚ defendi & agi. ¶ Ab iis.s.peruersis ciuibus:q non sunt in me ualde grati. ¶ Omnium istorum:scilicet iudicium. ¶ Tu.n.ratio. ¶ A certo.s.ex certa & uera sententia & ex cognitione rerum. ¶ Quod.s.iudicare ex certo sensu. VBE.

NOn mihi &c. Dicit se plurimū debere Ciceroni a quo grauissime defensus erat. Ostendit etiam in quanto periculo sit respu per quid moliatur Antonius cuius incœptis facile obsistere potuisset si Cæsarem Octauium adiutorem habuisset:quod & senatui indicari petit:& in quanta sit pecuniæ penuria. ¶ Ordo est. Non arbitror rempub.debere mihi plus q̄ me tibi:tu habes exploratum:idest perspectum & cognitum:me posse eē:uidelicet libere in ciuitate libera uiuere possem:gratiorem.i.magis memorem beneficii in te:quam isti peruersi:qui.s.ob liberatā remp. pro q̄ immortales mihi gratias debent:ut hostem patriæ persequuntur sint in:idest erga me. ¶ Autem.i.sed:si uideatur hoc tempore.s.adhuc dubio & incerto de exitu belli dici.s.sententia honesta de me : ab his .s.peruersis : causa simulationis.i.ut simulent se amicos reip.ego me hercule. ¶ Mallē.i.pluris æstimen.iudicium tuum.s.solius de me : quam sup. iudicia omnium istorum.s.peruersorum ex altera parte.scilicet si iudicium tuum ponatur ex una parte quasi bilancis:& iudicia omnium peruersorum in altera parte:ego pluris faciam iudicium tuum solius q̄ omnium istorum: etiam si causa simulationis pro me iudicent. ¶ Tu enim iudicas de nobis a sensu certo.& uero:idest non ficto nec pro tempore assumpto qđ illi.s.peruersi impediuntur ne faciant.i.impediunt facere non quia illis iusta causa desit:sed summa. ASC.

maleuolētia & liuore īpediunt. Interpellēt me: quominus honoratus sim: dum ne interpellēt quominus resp. a me commode administrari possit. Quæ q̃u ito sit in periculo: quā potero breuissime exponam. Primum omnium quantam perturbationem rerum urbanarum adferat obitus cōsulū: q̃tāq; cupiditatē hoīb' iniiciat nouitas: ñ te fugit satis me multa scripsisse: q̃ lr̃is cōmendari pñt arbitror. Scio .n. cui scribam. Reuertor nunc ad Antonium: qui ex fuga cum paruulam manū militū haberet inermium: ergastula soluendo omneq; genus hominū arripiendo: satis magnum numerum uidetur effecisse: huc accessit manus Ventidii. quæ trans Appennium itinere facto difficillimo: ad uada peruenit: atq; se ibi cum Antonio coniunxit. Est numerus ueteranorum: & armatorū satis frequēs cum Ventidio consilia Antonii hæc sint: necesse est: aut ad Lepidum ut se conferat: si recipitur: aut Apennino: alpibusq; se teneat: & decursiōibus per equites quos habet multos: uastet ea loca: quæ incurrerit: aut rursus se i Hetruria referat: q̃ ea pars Italiæ sine exercitu est. Quod si me Cæsar audisset: atq; in Apēninū transisset: in tantas angustias Antonium compulisset ut inopia potius quam ferro conficeretur. Sed neq; Cæsari īperatori potest: nec Cæsar suo exercitui: qđ utrūq; pessimum est. Cum hæc talia sint quominus: quod ad me pertinebit: homines interpellent ut supra scripsi: nō īpedio. Hæc quemadmodum explicari possint: aut a te cū explicabūtur: ne īpediāt timeo. Alere milites iā non possum. Cum ad rēpu. liberādā accessi: mihi fuit sestertiū quatuor millibus amplius

VBB. ¶ MAleuolētia: odio in me. ¶ Liuore: inuidia. ¶ Interpellent: īpediant. q. d. nihil quæro mea cā: sed oīa cā resp. ¶ Quā potero breuissime. i. quanto breuiori sermone potero. ¶ Obitus: mors Consulū: Hyrcii & pansæ: qui Mutinēsi prælio interierunt. ¶ Vacuitas: locus cōsulum uacuus: quærebant. n. multi substitui in eorum locum: ut supra uidimus de planco & Octauio. ¶ Quæ pos. cō. litte. i. possint scribi quia reliqua poti' sunt tacēda q̃ scribēda. ¶ Cui. q. d. amicissimo & fide-
Erga lissimo. ¶ Ex fuga: post mutinense p̄lium. ¶ Paruula ma. exigua multitudine. ¶ Ergastula: seruus q in ergastulis erāt: po-
stula sunt aūt locū p ipsis seruis. ¶ Soluēdo: liberādo uinculis & seruitute. ¶ Huc: ad supradicta. ¶ Trans appeninū. s. mōtē oēm in longū tēdens italiam in partes duas diuidit: a dextra inferū. i. tuscū mare spectās: a sinistra uero superum: quod hadriaticū uocant: in siculū usq; fretum progredit: capit aūt initiū: ut uoluit Strabo a genua sicut alpes a sabbatiis: inter genuā uero & sabbatios ducēta ac sexaginta stadia intersunt. ¶ Ad uada q̃ Sabbatia Strabone teste nūcupant: quidā dicūt hodie ap-
Sabbatia uada pellari portū uadorū apđ Saonā. ¶ Quę Sabbatia dicta est. ¶ Ad lepidū: qui tenebat Gallia Narbonensem: ut sæpe diximus. ¶ Decursionib': subitis & īprouisis suasiōib'. ¶ Si Cæ. audisset me: si paruisset mihi Cę. Octauia. ¶ Angustias: difficultates. ¶ Cōficeret. cōsumaret. ¶ Exercitui suo. s. pōt imparī. ¶ Ad me: ad honorē & rē meā. ¶ Hæc ordo est. ¶ Timeo quēadmodū: hæc possint explicari. s. ut debent: & ut sunt uera. ¶ Impediant: a pueris & maliuolis uiris. ¶ Alere: uictu sustentare: pascere. ¶ Cū accessi dicit quantū detrimentū rerū suarū fecerit: quia cū incepit liberare rempu habebat supra quadraginta milia sestertiorum: nunc aūt dicit Brutus se nihil liberū habere in re familiari sua: sed etiam accepisse mutuo omnibus amicis suis pro se fideiussione obligatis.
ASC. ¶ MAleuolētia & liuore. s. summo. i. terra inuidētia: q̃ hoīem liuidū facit hoc est plumbei coloris qualis fit ex morsu nō aperta cutæ aut ex congressu uiolēto: unī Tibullus. Tū succos hærbasq; dedi: qs liuor abiret. Quē facit impresso mutua dēte Venus Et Iuuenalis: Vnaq; cōspecta liuorē ducit ab uua. ¶ Interpellēt. i. imo aut concedo ut interpellent. i. disturbent & impediant me: quominus. i. ut nō sim honoratus: dū ne. i. non interpellēt. i. īpediant quomin'. i. ut nō ut resp. nō possit administrari cōmode a me. ¶ Quæ. s. resp. in quanto sit periculo ego exponā. i. declarabo: quā. i. quātū potero breuissime. ¶ Primū oium nō fugit te. i. scientiam tuā: hoc est bene scis: quantā perturbationē oium rerum urbanarum: hoc est urbis Romæ quæ p excellentiam dicitur urbs: obitus. i. interitus & cædes consulū. s. Pansæ & Hircii in bello occisorū: adferat. s. mō: est. n. præsentis coniunctiui nō futuri optatiui: & quantā cupiditatem nouitas. s. statuum & gubernatorum iniiciat. i. quam cupidi & auidi sint homines: ut sp fuerunt inouādarū rerū: iniecta. s. spe per mortem consulum. ¶ Et sup. aut de qua re. ¶ Ego arbitror me scripsisse satis multa quæ possunt commendari. i. tuto credi literis. ¶ Scio enim cui scribam: quia amatori reipu. & homini sapientissimo. ¶ Reuertor nūc ad Antonium: qui cū hēret paruulā manū militum inermiū ex fuga. s. collectorum: uidetur effecisse satis magnū numerum. s. militū: soluēdo. i. aperiendo ergastula. i. carcerem seruorū: aut ergastula. i. seruos ipsos qui in ergastulis ligati tenebant ad faciendum op' dominis suis: & arripiendo oē genus hominum. ut sunt latrones: sicarii: exules: parricidæ: qui solum uerterūt & similes. ¶ Huc. i. adhoc malum: aut ad hanc uim militum: accessit. i. addita est manus. i. exercitus Vētidii: quæ. s. manus itinere difficilimo facto trans Apēninum. s. montē qui Italiam dirimit a Ligustico mari in adriaticū fere protensus: peruenit Vada. s. Sabbatia nunc quidam portum Vadorum ad Saonā dici uolūt: atq; coniunxit se ibi cū Antonio. ¶ Numerus ueteranorū & armatorū. s. militum cum prius paucos armatos habuisset est satis frequens. s. in exercitu Antonii post aduētū Ventidii: ¶ Necesse est ut consilia Antonii cū Vētidio sint hæc. aut ut. s. Antonius conferat se ad Lepidum si recipitur. i. a Lepido. aut teneat se Apennino. s. monte & alpibus: hoc est in Liguria inter Apēninū & alpes: & uastet ea loca quæ incurrerit decursionibus per equites quos habet multos: aut referat se rursus in Hetruriam: quod ea pars Italiæ est sine exercitu: quod idest quam rem si Cæsar scilicet Octauius: audisset me: atq; transisset in Apēninū præclusurus. s. iter Vētidio: ipse compulisset Antonium in tantas angustias: ut conficeretur. i. cōsumaret & periret potius inopia scilicet cōmeatus quam ferro. ¶ Sed neq; potest scilicet a me aut quoquam imperari Cæsari: nec Cæsar supple pōt imperare suo exercitui quod utrunq; est pessimum. ¶ Cū hæc sint talia idest tā periculosa nō impedio. i. nō obsto ut scripsi supra: quo. i. ut homines minus. i. non interpellent. i. disturbēt qđ pertinebit ad me. i. ad honorē meū. ¶ Ego timeo. i. non inuenio: aut timeo pro dubito sicut dubito pro timeo interdū accipitur quēadmodū hæc. s. quæ impendēt mala possint explicari. i. absolui: aut ne impediebant cū. i. qñ explicabuntur a te. ¶ Ego non possum iā alere milites: quia pecuniæ defecerūt. ¶ Cū. i. quando accessi ad rempu. liberandam: fuit mihi amplius quatuor millibus sestertiū p sestertiorū: quod si non dicitur: dicere tamen licet: quia sestertius reperitur sit ordo sestertium fuit mihi amplius quattuor millibus.

¶ Tantum abest.

¶ TANtũ abest.i.tm̃ nõ est uerũ. ¶ Liberũ.sine obligatiõe. ¶ Vt obstrixeri.obligaueri. ¶ Ære alieno.dabitis pecũia mutuo accepta sub eorũ fideiussione. ¶ Septẽnũ numerũ legio.i.septẽ legiões:q̃ cõtinebant supra quadraginta milia mil id. ¶ Varronis:q̃ illis tẽporibus fuerat ditissimus. ¶ Exploratum.certũ:qđ consiliũ ut capturus rebus suis. VBE.

¶ TANtũ abest supple nunc ut quicquam rei meæ familiaris sit liberum.i.non obligatũ ære alieno:ut obstrinx erim:sũ oẽs amicos meos ære alieno.i.debito quo se pro me obligauerũt. ¶ Ego alo numerum septẽnũ egionũ.i. legiones septẽ numero:in quibus sunt ultra quadraginta milia militum. ¶ Arbitrare tu.i.existima:qua difficultate.q.d.nimirum maxi maxima. ¶ Ego nõ possem sustinere sumptus.i.impẽdia:si haberem thesauros Varrõis:hominis ditissimi. ¶ Ego faciã te certiorẽ cum primũ habuero sup.aliqd exploratum de Antonio. ¶ Tu amabis me si sense ris sup.me facere hoc idem in te. Datũ sup.aut scriptũ Derthonæ:alii habent Derthcna subaudiendo e: ex Castris tertio Nonas Maias. Vale. ASC.

Tantum abest:ut meæ rei familiaris liberum sit quicquam:ut meos iam omnes amicos ære alieno obstrixerim. Septẽnum numerum legionum alo: qua difficultare tu arbitrare. Non si Varronis thesauros haberem:sustinere sumptum possem. Cum primum de antonio exploratum habuero:faciam te certiorem. Tu me amabis:si me hoc idem in te facere senseris.iii.nonas ex castris Derthona. Vale.

D.Brut.Imp.& Cõs.Des.M.T.C.S.D.

EOdem exemplo lr̃æ a te mihi redditæ sunt: quo pueri mei attulerunt. Tantum me tibi debere existimo:quantum persoluere difficile est. Scripsi tibi:quæ hic gererentur.in itinere est Antonius:ad Lepidum proficiscitur:ne de Planco q̃dẽ spem adhuc abiecit:ut ex libellis eius animaduerti:qui in me inciderunt. In quibus quos ad Asinium: quos ad Lepidum:quos ad Plancum mitteret scribebat. Ego tamen non habui ambiguum: & statim ad Plancum misi & biduo ab Allobrogib': & totius Galliæ legatos expecto: quos confirmatos domum remittam. Tu quæ istic opus erunt administrari:prospicies:ut ex tua uoluntate reiq̃ pub. commodo fiant. Maleuolentiæ hominum in me si poteris occurres: si non poteris hoc consolabere q̄ me de statu meo nullis contumeliis deterrere possunt. pridie nonas Maii ex castris: finibus Statielensium. Vale.

EOdẽ:cũ Ant.post cladẽ Mutinensem alpis uersus fugisset:scribit Brut' se dubitare de Lep.& Pla.ne cũ eo cõiungant: q̃a miserat Ant.ad eos nuncios occulte:sicut Bru.se cognouisse dicit ex quibusdam scriptis Ant. quæ ad eius manus peruenerunt: dicit tamen se expectare & ex allobrogibus & ex oi gallia legatos: quos sperat remissurum domũ confirmatos. Postremo orat Ciceronem: ut eum Romæ defendet. ¶ Quo.s.exẽplo. ¶ Pueri:serui. ¶ Persoluere: satisfacere. ¶ Ex libellis:codicillis literis. ¶ Eius: Antonii. ¶ Inciderunt in me:casu quodam uenerunt ad manus meas. ¶ In quibus:libellis. ¶ Quos.s.nuncios secretos. ¶ Asinium:Pollionẽ:qui p̄erat hispaniæ:ut supra li.x. ¶ Nõ habui ambiguum: non posui in dubio: sed statim credidi. ¶ Misi.s.nomine meo nuncium. ¶ Biduo:intra duos dies. ¶ Ab allobrogibus: populis qui statim occurrunt superatis alpibus: de quibus lib.x. ¶ Ex totius gal.scilicet legatos. ¶ Confirmatos: bene persuasos ad defendendam libertatem Romanam ne faueant. Ant. ¶ Istic Romæ. ¶ Administrari:geri. ¶ Prospicies:p̄uidebis. ¶ Occurres:resistes. ¶ Hoc hac re. ¶ Consolabere.s. te. ¶ Deterrere:remouere ab cõsilio & defensione libertatis. ¶ Contumeliis:iniuriis. VBE. Biduo

EOdẽ &c. Ex Alpibus scribẽs Brutus dicit se dubitare de Lepido & Planco ne cũ Antonio cõiungantur:q̃a miserat ad eos nuntios occulte: dicit se expectare Allobrogas: & pent a Ci.defendẽdi. ¶ Ordo ẽ. Literæ sunt redditæ mihi a te.s. missæ: eodẽ exẽplo.i. eadẽ forma scribẽdi & eodem argumento quo pueri mei.i.serui:attulerunt.i.annuntiauerũt mihi uerbis: hoc ẽ id quod pueri mihi annuntiauerant de te: perspexi in literis tuis quæ fuerunt consonæ uerbis eorũ: & ideo. ¶ Ego existimo.i.iudico:me debere tibi tantum:quantum difficile sit:persoluere. ¶ Scripsi tibi quæ gerentur hic. ¶ Antonius ẽ in itinere: proficiscitur ad Lepidum: ne quidem.i.non etiam aut saltem abiecit spem de Plãco.s.in partes suas uocãdo:ut animaduerti ex libellis idest epistolis eius:qui inciderunt in me.i.in manus meas aut meorũ. ¶ In quibus:scilicet libellis scribebat:quos scilicet nũtios:aut sollicitatores mitteret ad Asinium.s.Pollionem in Hispaniã:quos mitteret ad Læpidũ: quos ad Plancum. ¶ Ego tamen non habui ambiguum:idest dubium:& misi statim ad Plancũ:& expecto biduo:idest intra biduum:legatos ab Allobrogibus populis Galliæ inter alpes & Rhodanum:& legatos totius Galliæ:quos scilicet legatos:ubi uenerint:ego mittam domum scilicet suam:confirmatos scilicet in fide reip. Romanæ:si p̄spicies: quæ: opus erunt administri istic:idest Romæ:ut fiant ex uoluntate tua:& commodo reipublicæ. ¶ Tu occurres:idest resistes: si poteris maleuolentiæ hominum in me:si non poteris consolabere supple te:hoc:in hac re:q̄ ipsi maleuoli nullis contumeliis possunt deterrere me de statu meo. Vale &c. ASC.

M.T.C.D.Bruto.Imper.S.D.

TRes uno die a te accepi epistolas unam: breuem: quam Flacco uolumnio dederas:

TRes uno die: cum scripsisset Brutus Cicer. & Græceius coram rettulisset: Marc. Antoni.ita fugisse ex prælio Mutinensi:ut aduersus eum non posset sine periculo pugnari: Cicer. qui credebat eum penitus fractum: dicit nunc non uideri sibi eum fugisse: sed potius mutasse locum ad bellum gerendum. Itaque dicit multos queri de Bruto: quod eum statim non persequutus sit antequam permitteret eum uires recipere: quod iam est opinio hominum quod si usus esset celeritate in persequendo: facile potuisset eum opprimere quam quærelam dicit esse ex ingratitudine. Sed tamen hortatur eum: ne det alicui iustam de se querelæ causam. VBE.

TRes &c. Cum intellexisset Cicero quas uires haberet Marcus Antonius dicit eum non fugisse:sed locum mutasse uideri: ita que Brutum.quod eum non sit statim persequutus monet que caueat dare iustam querelæ causam. ¶ Ordo est. Ego accepi a te tres epistolas uno die: unam breuem: quam dederas: scilicet perferendam. Flacco Volumnio. ASC.

VBB. ¶ PLeniores.lōgiores. Restinctū.sopitū:penitus amotū. Inflāmatū.incensum:ut augeaẗ:& bene restinctū & inflāmatum dixit:qa ut sæpius diximus:cōparaẗ bellū incendio. Nactus sit.acceperit. Illa.q tū hac fecisti. Fracto animo.debilitato & sine ulla spe. De.g.i.a græceo:amabāt.n.antiq frequēter ponere de pro a. Cōfligi.certari pugna. Locū.aptiorē sibi cū esset mutinæ. Fracti.s cecíderūt aío. Queruntẗ:de te.& exercitu tuo. Opprimi.Ant. Populi.cuiuslibet gnāliter:unū est prouerbiū. Beneficia:quæ in populū cōferunẗ: in nullū conferunẗ. Hoc:hic mos. Nostri.Romani. Abuti liber.esse nimium liberū & ingratū contra ratione in male dicendo & male faciēdo ei p quē libertatē cōsecutus sit:de multis talibus exemplis lege Valeri.maxi.in capitulo de igratis. Sit:pro erit. Cōfecerit.Quā uim ha.quod pōdus: sic.n. supra scripsit ad Plāc.id probās auctoritate Hora. qui solū Vlyxē euersorē Troiç appellauit. A perti⁹.plurib⁹ uerbis.

duas pleniores:quarum alteram tabellarius.T. Iubii tullit alteram ad me misit Lupus. Ex tuis litteris & ex Græcei oratione non modo non restinctum bellū: sed etiam inflammatum uidetur. Non dubio autem pro tua singulari prudentia.quin inspicias si aliquid firmitatis nactus sit Anto.omnia illa tua preclara: in rempu.merita ad nihilum esse uentura.Ita enim Romam erat nunciatum:ita persuasum omnibus cū paucis inermibus perterritis me tu fracto animo fugisse Antonium. Qui si ita se habet:ut quemadmodum audiebam de Græceio:confligi cum eo sine periculo nō possit non ille mihi fugisse a Murina uidetur sed locū belli gerendi mutasse.Itaq; hoíes alii fracti sunt:non nulli ēt q̄runt:q̄ psecuti nō sitis. Opprimi potuisse si celeritas adhibita eēt existimāt.Oīo est hoc populi: maxíq; nostri i eo potissimū abuti libertate:p quē eā cōsecutus sit. Sed tñ puidēdū sit:ne q̄ iusta q̄rela esse possit Res sic se hēt.Is bellū cōfecerit.q Antoniū oppresserit.Hoc quam habeat uim te existimare malo quam me apertius scribere. Vale.

ASC. ¶ DVas pleniores:idest pleni⁹ rē declarātes: qa plixiores. Quarū.s.duaŗ:tabellari⁹ Titi Iubii attulit alterā:Lupus misit ad me alterā.Bellū uideẗ ex literis tuis.i.ut sonāt literæ tuæ:& oratiōe Græcii.i.scdm q̄ Græceius locutus est:nō mō nō restinctū: sed etiā inflāmatū. Nō dubito āt qn pspicias p singulari prudētia tua:si Antonius nact⁹ sit.i.adqsiuerit aliquid firmitatis:oīa illa p̄clara merita tua in repu.esse uentura ad nihilum:quia nunc uidearis tm̄ peccasse quātū prius demeruisse. Enī.i.qa nūtiatū erat. Romā ita:psuasum erat oībus ita: Antoniū fugisse aio fracto.i.habēs animū fractū:cū paucis.s militibus:inermibus:& sup.perteritis metu. Qui.s. Antoni⁹:si hēt se ita ut nō possit confligi:idest cōflictus fieri:hoc est pugnari cū eo sine piculo:quēadmodū audiebā de idest ex uel a Græceio ille.s. Antonius:non uidetur mihi fugisse de Mutina:sed mutasse locū gerendi belli. Itaq.i. & ita hoīes hoc ē ciues Romāi:alii.i.aliq sūt fracti.s.aío.i. desperātes de uictoria:nōnulli queruntẗ.i.cōqueruntẗ ēt q̄ nō sitis psecuti eos.s.fugiētes:tātū p dū erāt trepidi & inermes: Ipsi sup.existimāt eos potuisse opprimi.i. ui expugnari & occidi:si celeritas scilicet psequendi eos eēt adhibita. Callide quod ipse opinatur ne Brutum lædat dicit alios opinari: uerūtamē fieri potuit ut & alii opinarentur. Hoc.s. quod dicet uidelicet abuti libertate.i.nimis libere loqui:potissimum.i.precipue in eo:uidelicet in te:per quem consecutus sit eā.s. libertatē. Est omnino scilicet proprium populi & maxime nostri idest nobis fauētis. Sed tñ idest tametsi forte populus id inique fecerit tamē puidendum sit:nequa iusta querela possit esse. Res.i.negocium hoc habet sic se:sup. ut is confecerit.idest finierit bellū: qui oppresserit Antonium. Quam uim idest efficaciam habeat hoc scilicet cōsilium aut dictum:malo te existimare.i.iudicare quam me scribere apertius. Vale.

D.Brutus.M.T.C.S.P.D.

IAm non ago tibi gratias. Cui enim re uix referre possum:huic uerbis nō patitur res satisfieri. Attēdere te uolo:quæ in manibus sunt: qua enim prudentia es:nihil te fugiet:si meas literas diligenter legeris: Sequi confestim Antonium his causis Cicero non potueram: sine equitibus sine iumentis. Hircium periisse nesciebam:Cæsari non credebam prius quam conuenissem & collocutus essem

VBB. IAm nō ago:Quia Ci.in p̄cedenti ep̄la familiariter monuerat Bru.ut daret operā ne iustā q̄relæ cām de se daret:qa dixerat quosdā q̄stos eē: qđ nō statim psecutus eēt cū exercitu suo Anto. ex Mutinēsi cōflictu fugiētē:sic enim potuisse facile opprimi primū Bru.oñdit se tantum hr̄e Ci.ut actione gratiarū nō putet:satisfaciēdū cui rei uix satisfieri possit deinde excusat se quare statim non persecutus sit Antonium adducitq; ad excusationē suā multas & iustas rationes:dicit quo se receperit. M. antonius:& quod haberet se facturum aduersus eum:hortaẗ aūt ut oēs bonā spem hr̄ãt de rep.& tamen ut sp sint:parati & exercitu & cæteris rebus aduersus eos:q sub prætextu defendendæ reip.magnas sibi uires coparāt:ut eam opprimāt. Res:hōestas. Attendere:diligēter cōsiderare. In manibus:in ptāte.i.q̄ fieri psit. Nihil te fugiet:nihil te latebit:nihil ignorabis. Qua:idest ea prudētia q̄ es. Seq:incipit se excusare. Sine iumē.q deferrēt ipedimēta & sarcinas militares dicuntur.i.iumēta tantūmodo ea animalia quæ iuuāt humeris ferre onera:ut eq muli asini cameli &c. huius generis non etiam quæ trahunt nisi fortasse improprie ponanẗ.quod rarissimū est. Nō cre.non fiebam.

Iumēta

ASC. IAm &c. Quia in p̄cedenti ep̄la cicero familiariter monuerat Brutū ut daret operā ne iusta habeaẗ de eo quærela Brutus se tantum debere Ciceroni fateẗ ut agēdo gratias non putet se satisfactuŗ.Purgat āt q̄ non statim persecutus sit Antonium adducens uarias rationes & bonam de se spē concitans. Ordo est. Iā nō ago gr̄as tibi.i.iā non est mihi honestum aut satis agere.i.uerbis dicere tibi gr̄as.n.i.qa:res nō patiẗ satisfieri uerbis:huic cui uix possum referre.i.tantumdem ferre atq; acceperim re .s.ipsa reddendo.s.rem aut operam æquiualentem. Ego uolo te attēdere.i. animaduertere:quæ sunt in manibus.i.parata ut proxime fient. Enim idest:quia qua prudentia es idest secūdum eā prudentiam qua polles:nihil fugiet idest preteribit aut latebit te idest rem omnem intelliges: si legeris literas meas diligenter. O Cicero:ego non potueram sequi Antonium confestim.i. cū festinatione statim post cladem apud Mutinā ab eo acceptam his causis.i.propter has causas sine equitibus & sine iumentis idest cum non haberem equites ut ille:& deessent iumenta quæ impedimenta nostra ferrēt. Vna causarum est q̄ nesciebam Hircium.s.consulē periisse. Ego non credebam Cæsari.s.Octauio:priusquam conuenissem sup.eum & locutus essem.s.cum eo.

Hic dies:

¶ Hic dies primus quo fugit Antonius: & q̄a occurrebat quare nō persecutus es sequenti die: adducit ēt causas. ¶ Ad Pansam: alterum cōsulē: q grauiter uulneratus fuerat & Bononia statim delatus. ¶ In itinere: ut ad eū irē. ¶ Copiolas: paruum exercitū. ¶ Extenuatissimae. ualde tenuis & imminutae. ¶ Male ac male tractatae. ¶ Maiora itinera: q̄s plura militaria faciebat ipse fugiēs: q̄ ego psequēs ipm. ¶ Passim: uage: nulla seruata uia. ¶ Ergastula: seruos: sicut supra dictū est. ¶ Ad ua. ad sabbatios: ut supra diximꝰ: ubi sunt uada dicta sabbatia apd̄ Sauonā. ¶ Appēninū: quē supra dicimꝰ auctore Sta. icipe a Genua. ¶ Alpes uero a sabbatiis: in medio sunt sabbatia uada. ¶ Cōcio. oro. ¶ Eius: Antonii: petere exhortādo eos. ¶ Cōueīre sibi. i. se cōcordare & habere ut ita dicā itelligētiā cū Lepido. ¶ Nā su. parēthesis ¶ Habet: antoniꝰ. ¶ Iter face. i. irēt. ¶ Pollētiā: hoc ipe ēt extat oppidū in liguribꝰ loco edito habēs a sinistra Tanaꝛ fluuiū distās circa sexagita stadia ab alba ligustica. possidet āt id oppidū & comitatus titulo & dominatus iure a magnifico & generoso uiro & sapiētissimo iuriscōsulto anto. Romagnano olim ducali sabaudiae scriba secretario nūc Mediolani Ducali senatore grauissimo: cuius singularē aequitatē & sapientiā oēs admirant: laudāt: amāt: errat aūt: q dicit pollētiā esse: quae hodie corrupto uocabulo Valētia uocat̄ in ripa Padi cū & ambo oppida extāt: & multū iter se distēt. ¶ Sustinere: retinere. ¶ Cōtulit. s. pollētiam. ¶ Eo: aduerbium ē loci. i. illuc. s. pollētiā. ¶ Hora an̄ p. me. ue. i. una hora an̄ uenit p̄sidiū meū. ¶ Pollētiā: quā Trebellius dux antonii cū equitibus suis. ¶ Praesidiū. i. milites mei quos ad muniendā Pollētiā cōtra antoniū praemiserā. ¶ Sane quā. i. ualde. ¶ In hoc quod mei citius aduentarunt Pollentiam: q̄ equites antonii: quos ducebat Trebelliꝰ. ¶ Allobroges: quos ego confirmaueram. ¶ Satis arroganter: constanter audacter. ¶ Nostro aduētu: quia praesentia mea fiēt fortiores. ¶ Hisaram: fluuiū i finibus allobrogum ut lib. decimo dictum est. ¶ Iniungant: inferant.

VBE. Copiola

Pollētia

Hic dies hoc modo abiit. Postridie mane a Pāsa sum accersitus Bononiam. Cum in itinere essem; nūtiatū mihi est eum mortuum esse. Recurri ad meas copiolas. sic enim uere eas appellare possum sunt extenuatissime & inopia omnium rerum pessime acceptae: Biduo me Antonius antecessit itinera multo maiora fugiens q̄ ego sequens. Ille enim iit passim: ego ordinatī. Quacūq; iniit ergastula soluit: hoīes arripuit: cōstitit nusq̄ prius: q̄ ad uada uenit. Quē locū uolo tibi esse notum. Iacet inter Appenninū & alpes impeditissimus ad iter faciēdū. Cum abessem ab eo millia passuū triginta: & se iā Ventidio coniunxisset: concio eius ad me est allata: in qua petere coepit a militibꝰ: ut se trans alpes sequerent̄ sibi cū M. Lepido conuenire. succlamatū est: & frequenter a militibus Ventidianis (nā suos ualde quā paucos habet) sibi aut in Italia pereundum esse: aut uicendum: etiam orare coeperunt: ut Pollentiam iter facerent. Cum sustinere eos non posset: in posterum diem iter suum cōtulit. Hac re mihi nuntiata statim quinq; cohortes Pollentiam praemisi: meumq; iter eo contuli. Hora ante praesidium meum Pollentiā uenit: quam Trebellius cum equitibus. Sane q̄ sum gauisus. In hoc enim uictoriam: puto consistere. In spē uenerāt: q neq; Planci quatuor legiones omnibus suis copiis pares arbitrabantur: neq; ex Italia tam celeriter exercitū traiici posse credebant. Quos ipsi adhuc satis arroganter Allobroges: equitatusq; omnis qui eo premissus erat a nobis: sustinebant. nostroq; aduentu sustineri facilius posse cōfidimus. Tamen si quo etiam casu Hisarum se traiecerint: ne quid detrimenti reip. iniungant: summa a nobis dabit̄ opera. Vos magnū animū optimāq; spem

ASC.

¶ Hic dies. s. q tunc erat: abiit. i. trāsactꝰ est hoc mō. s. cū auxilia & cōsilia deesset. ¶ Ego sum accersitꝰ. i. uocatus Bononiā. i. in eā urbē: postridie. s. eiꝰ diei: hoc ē die p̄xime sequēti: mane. i. cū prima luce a Pāsa. s. cōsule. ¶ Cū essem in itinere nūtiatū est mihi sup. Pāsā eē mortuū. s. ex uulnere accepto. ¶ Ego recurri ad copiolas. i. modicas copias meas. i. uires exercitꝰ mei. ¶ Possum apellare eas uere sic. i. p diminutionē copiolas nō copias. ¶ Nā sup. ipse sunt extenuatissimę. i. maxie extenuatę & iminutę: & acceptae. i. affectę pessime. i. icōmodissime: inopia. i. pp inopiā oīum rerꝫ. ¶ Ant. antecessit me biduo. i. spatio duorꝫ dierꝫ. fugiēs. i. fugiēdo faciēs itinera. i. ut dicūt dietas multo maiora: q̄a fugientibꝰ sp comes ē celeritas: Vnde facete Maro: pedibus timor addit alas: q̄ ego sequens. affert rationem. ¶ Eni. i. q̄a: ille. s. Anto. fugiēs iit. i. iter fecit: passim. i. uage quacūq; uiā reperiebat: alii legunt sparsim. i. disperso exercitu ex fuga ego sup. iui aut p̄cessi ordinatim. i. agmine in ordinē instructo. ¶ Quacunq;. i. Per quēcūq; locū: Antonius sup. iuit: soluit ergastula. i. carcerem seruorꝫ ad opus faciendū in ergastulis cathenis uinctorum: arripuit homines. s. prius uīctos: aut alios se sibi iūgentes. ¶ Nusquā constitit. i. mansit stans: priusq̄ uenit ad uada. s. Sabbatia. ¶ Quē locū uolo eē notū tibi iacet iter Apēninū & alpes: eas sup. ipedītissimꝰ ad iter faciēdū. ¶ Cū. i. qn̄: ego abessem ab eo. s. Ant. aut ab loco iā descripto triginta millia passuū: & sup. An. cōiunxisset se iā Vētidio: cōcio. i. oro quam ad milites suos habuit: est allata ad me. s. per occultos exploratores: aut per transfugas: in qua. s. cōciōe Ant. coepit. i. coeperat petere a militibus: ut sequerent̄ se trans alpes: quia sup. dixit: conuenire. i. concordiā esse sibi cū Marco Lep. ¶ Succlamatū. i. statim post cōciōnē clamatū est: &. i. ēt frequēter a militibus Vēdianis. i. quos Ventidius adduxerat: nā hēt ualde quā. i. per quā paucos suos. i. quos ipse ex fuga eduxerat p̄ter eq̄tes: aut pereundū esse sibi. s. militibus in Italia: aut uincendū in Italia. ¶ Etiā sup. milites coeperunt orare ut facerēt iter Pollētiā. i. ad eā urbē Liguriae in loco alto ad Tanaꝛ fluuiū quē a sinistra hēt. ¶ Cū sup. Ant. nō posset sustinere eos. i. impetū eorꝫ: quin irent quo uellent ipse contulit iter suū in diē posterū. i. p̄xime secuturꝫ. ¶ Hac re nuntiata mihi. praetermisi statim quinq; cohortes Pollentiā: & cōtuli iter meū eo. i. ad eā. ¶ Praesidium meū praemissum. s. ad custodiā urbis illius: uenit Pollentiam hora. i. spatio uniꝰ horę: antequā Trebellius sup. uenit cū equitibus. s. Antonianis. ¶ Ego sum sane quam. i. per quā gauisus. ¶ Puto. n. uictoriā cōsistere in hoc. i. in occupatione Pollentiae. ¶ Ipsi sup. uenerāt in spē. s. uictoriae aut p̄uētionis q neq; arbitrabant̄ quatuor legiōes Plācī pares oibus copiis suis neq; credebāt exercitū posse traiici tā celeriter: ut subueniri possit Plāco: ex Italia. ¶ Quos. s. Antonianos: ipsi Allobroges. s. populi Galliae: & ois equitatꝰ q p̄missus erat a nobis sustinebāt adhuc satis arrogāter. i. iactāter nullo mō dimissis aīs: & cōfidimus sup. eos posse sustineri facilius nřo aduētu. i. p aduentū nostrū. ¶ Tn̄ si ipsi. s. hostes: traiecerint se quo. i. aliquo casu ēt in sarā. s. fluuiū iuxta gronopoli. summa opa dabit̄ a nobis: ne iniūgāt aut potiꝰ igerāt aliq̄d: detrimēti reip. ¶ Nos uolumus uos. s. q i urbe estis: hēre magnū aīum: & optimā spem

VBE. ₵DE summa:de statu. ⸿Remittere:diminuere.i.ꝑpter hoc nõ debetis eẽ negligẽtiores. ⸿Cõspiratioñẽ:cõiurationẽ:
Cõspiratio sed qm cõspiratio ẽt in bonnm dicitur:ideo dixit sceleratissimam. ⸿Confligamus:prœliemur. ⸿Simulatione.prætextu
⸿Periculũ:discrimen:quia Ventidius coniunctus erat cum Anto.& de fide Le.dubitatur.
ASC. ₵DE sũma.i.pcipua salute reip.cũ uideatis & nos & exercit⁹ nr̃os cõiũctos singulari cõcordia paratos uobis ad oĩa.s. subeũda. ⸿Sed tñ nihil debetis remittere de diligentia:& sup.debetis dare operã:ut nos confligamus quam paratissimi ab exercitu & reliquis rebus.i.in iis quæ concernunt exercitum & reliquas:res pro salute nostra contra sceleratissimam conspirationem hostium. ⸿Qui.s.hostes: quidem.i. certe:conuerterunt subito ad periculum patriæ eas copias:quas comparabant diu:simulatione: idest per simulationem reip.s.iuuandæ. Vale.

VBE. Mirabiliter: Scripserat Ci. ad Bru. qd sẽtiret de decẽuiris creãdis:uł dignitate ɔcedẽda Cæsari de q̃ i pcessu ep̃ł dicã:eũqꝫ rescripsisset Bru.ea pbari a se q̃ Ci.ɔsuluisset:dicit Ci.se ea re plurimũ gaudere:oñditqꝫ in q̃tã spẽ de Bru.uenerit po.Ro.postq̃ liberatus ẽ obsidione mutinẽsi:& Antonius cũ exercitu suo fusus:deinde petierat Bru.ad se mitti duas legiones & pecuniã: rescribit Ci.qd iis de rebus fieri possit:deide oñdit aliquã spẽ eẽ certæ uictoriæ: si uerũ est qd Lep. nõ ɔiũct⁹ sit cũ An.sicut ipse Bru.scripserat. Postremũ dicit plurimũ uirtutẽ Bru.cõfidere:q̃ sperat se uisuꝝ eũ uirꝝ clarissimũ. ⸿De decẽuiris:uel q creati fuerant ut scribit Appianus ad punitionẽ An.magistrat⁹.ea ãi figura q̃dã erat abolitiõis eoꝝ:q̃ Cæsar decreuisset.nã An.nulla ex se aut parua q̃dã ueꝝ uniuersa ex cõmẽtariis Cæsaris ediderat & cætera:uel certe qa ut idẽ Appianus scribit cũ senatus p legatos sollicitasset duas legiões:q̃ ad Cæsarẽ ab An.recesserãt. edocens ne in uno solo spẽ ponerẽ:sed senatũ q potestatẽ imortalẽ solus hẽret poti⁹ seq̃rent:accederẽtqꝫ ad De.Bru.quo loco pecunias sibi allatas iuenirẽt.Iã.n.dimidiũ mũeris ad eos attulisse:decẽuiros ad distributionẽ creauerunt: quos nũc possum⁹ itelligere:nã decẽuiros electos ad agros diuidẽdos sicut Cæsar istituerat:nõ cõuenit:cũ senatus uellet oĩa aboleri q̃ Cæsa.fecisset. ⸿Adolescente Cæs.Octauio. ⸿Ornãdo:uel cõsulatu: q̃ postulabat in locũ Hyrcii & Pãsæ maximæ fauore Ci. ad quẽ solũ scripserat.ut dicit Appianus:uel Ornãdo ꝑtura nã eodẽ Appiano auctore cũ Cæsare uererent: ne se cũ Anto.cõiũgeret:ꝑtorẽ eũ denuo in Ant.satis idecẽter creare decreuerũt. ⸿Quid refert:qd interest:ornetur an nõ. ⸿Nõ glorioso:nõ iactabũdo. ⸿Frigeo: cesso ociosus sum:hoc dicit ne uideaẽ ualde curare honorẽ

de summa reip.habere uolumus.cum & nos & exercitus nostros singulari concordia coniũctos ad omnia pro uobis uideatis paratos.Sed tamẽ nihil de diligẽtia remittere debetis:dareque operam ut q̃ paratissimi ab exercitu: reliquisque rebus pro nostra salute contra sceleratissimam conspirationem hostium confligamus.Qui quidem eas copias:quas diu simulatione reip.comparabant:subito ad patriæ periculum cõuerterunt. Vale.

M.T.C.D.Bruto.Impera.S.D.

Mirabiliter mi Brute lætor mea cõsilia measqꝫ sñias a te ꝓbari de decẽuiris: de adornando adulescente.Sed quid refert? Mihi crede homini non glorioso:planciam Brute frigeo: organum enim:iam id erat meum senatus dissolutum. Tantam spem attulerat explorata tua uictoria: tua præclara Mutinæ eruptio:fuga Antonii cõciso exercitu:ut omnium animi relaxati sint meæqꝫ illæ uehementes conciones:tanq̃ σκιαμαχίαι esse uideantur. Sed ut ad rem redeam:legionem Martiam:& quartam negant:qui illas norunt ulla conditione ad te perduci. Pecuniæ quam desyderas:rõ potest haberi:eaqꝫ habebitur.De Bru.accersendo:Cæsareqꝫ ad Italiæ ꝑsidium tenẽdo ualde tibi assentior.Sed ut scribis:habes obtrectatores:quos equidem facillime sustineo:sed bellum istic renatum hoies mirantur nihil tam præter spem unq̃.

Cæsa.cũ de eo maxime laboraret. ⸿Opta.dicũt hic aliqd deesse:qđ qdẽ mihi ita uideẽ. ⸿Meũ:ex sñia mea: qđ aũt senatusc̃õsultũ eẽ nõ cõstat:qa nihil ante dixit. ⸿Dissolutũ:irritũ:annihilatũ:nõ hñt locũ. ⸿Explorata:idubitata. ⸿Eruptio:euasio. ⸿Præclara:& fortis & astuta. ⸿Relaxati:recreati:exhilarati:cum antea essent nimia sollicitudine contracti. ⸿Tanquam si iam:αταλαι ita hñt qdã codices.i.tanq̃ si iam quiete sint:nam αταλοσ quietum significat:alius:codex ex uetustissimo trãscriptus habebat tanq̃ si annihilata esse uideantur:q tñ sensus idem erit.i.quasi nõ oporteat me uæhemẽtioribus cõtẽtionibus uti ut solebã. ⸿Ratio:uia modus. ⸿Aeque.i.ratio habebitur. ⸿Bru.M.qui tunc erat in Sardinia
Ratio ut infra patebit. ⸿Quos sustineo:quibus obsisto. ⸿Istuc:istud. ⸿Vnquã.i.fuit. ⸿Mã:ratio quare nihil fuerit tã præter spem:q̃ illud bellum esset renouatum:qꝫ credebant esse omnino extinctum intellecta uictoria ipsius Bruti.eius die statim:ita ut respublica per multos annos crederetur esse liberata.

ASC. Mirabiliter &c. Scripserat consilia sua de decẽuiris creãdis uel dignitate concedenda Cæsari:quæ placuisse Bruto dicit se gaudere:addens quantum de eo speret & quid de libertate publica. ⸿Ordo est.O mi Brute:ego lætor mirabiliter consilia mea & sententias meas de decẽuiris & de adulescente:scilicet Cæsare adornando: probari:idest ad probari a te. ⸿Sed qd refert:idest interest:scilicet sic se res hẽre an aliter Responsio. ⸿O Brute crede mihi homini non glorioso:idest non affectãti gloriam sed quod uerum est simpliciter patenti:ego tam frigeo.i.in ocio sum plane.i.omnino. ⸿Enim.i.quia ad organum meum senatus.i.quo sonabam in senatu excitando: erat iam dissolutum.i.non amplius tensum:quia sicut chordæ tensæ acutius sonant solutæ lenius:ita homo curis agitatus ad concionem acrior est:securus remissior:se autem securiorem factum docet addens. ⸿Victoria tua explorata: idest manifesta:præclara eruptio tua Mutinæ:ubi obsessus obsidentes in fugam uertisti. ⸿Fuga Antonii:exercitu sup. conciso.i.simul cæso:attulerat sup.nobis tãtẽ spem:ut animi omnium sint relaxati:& illę uehementes conciones meæ:uidentur esse tanq̃ σκιαμαχίαι sciamæ.i.umbratiles pugnæ.i.in cubiculo aut scolis excogitatæ:σκια dicitur umbra σκιαμαχεω pugno cum umbra.nam μαχη pugna dicitur. ⸿Sed ut redeam ad rem pro ueniam ad rem:idest principale institutum:negant legionem Martiam & quartam perduci:scilicet posse ad te ulla conditione:negãt inquam qui norunt illas. ⸿Ratio:idest inuentio aut supputatio pecuniæ quam desyderas:& ea habebitur. ⸿Ego assentior tibi ualde: de Bruto.i.Marco accersendo:& de cæsare tenendo ad ꝑsidium.i.custodiam Italiæ. ⸿Sed:ut scribis:tu habes obtrectatores:quos equidem.i. ego quidem sustineo .i.perfero ita qꝫ me defensorem tui non uideant.facillime. ⸿Sed homines mirantur bellũ renatũ istic.i.cũ Antonio. ⸿Nihil sup.accidit:unquam tam præter spem. ⸿Nam uictoria nunciata.i. postquam erat nunciata.

₵Die natali

¶ Die natali.cum enim omniũ Romanorũ natales dies celebrarentur:tñ eorũ maxime qui de rep.benemeriti essent. Iuuenalis. Quale coronati heluidius: Trasea[que] bibebant:Brutorũ & Cassii natalibus. ¶ Retexunt.quidã exponũt manifestauerunt:sed magis placet retexunt.i.remouent & dest[ru]unt:sicut infra in epistola Marii. An nunc ætate præcipua a cõmutem:ac me ipse retextam ut eo loco exponimus plenius. ¶ Iis.f.literis tuis. ¶ Modo.nuper. ¶ Non recipi. in societate ut ferebatur. ¶ Magnum negociũ.magnus labor. ¶ Cuius.negocii. ¶ Tuæ partes sunt:idest ad te pertinent. VBE. Retexunt

¶ DIE tuo natali:qui scilicet celebrabatur ab oibus cũ[que] bene meriti de patria:unde Iuuenalis. Quale coronati Heluidius Trasea[que] bibebãt Brutorum & Cassii natalib⁹ nos uidebam⁹ remp.literatam:multa sæcula:sed sup.timores noui retexũt.i.destruunt superiora.f.gaudia. ¶ Scripsisti ãt ad me iis.f.literis quas dedisti ad me Idibus Maii:te recepisse duẽ.i. paulo añ literas a plãco: Antonium.i.quę dicebant Antonium nõ recipi a Lepido ¶ Si.i.ita:oia sup.e[run]t faciliora:sin idest sed si:aliter sup.sit magnum negocium sup.erit.i. difficile bellum:cuius exitum idest finem ne extimescam sunt tuæ partes:idest ad tuum officiũ pertinet. ¶ Ego non possum plus facere quam feci. ¶ Tamen cupio id qđ spero:scilicet uidere te maximum clarissimum omniũ scilicet mortalium. Vale. ASC.

Nam die tuo natali uictoria nuntiata in multa sæcula uidebamus remp. liberatam. Noui timores retexunt superiora. Scripsisti autem ad me iis quas Idibus Maiis dedisti:modo te accepisse a Planco literas non recipi a Lepido Antoniũ:Id si ita est: omnia[que] faciliora:sin aliter magnum negocium cuius exitum ne extimescam tuæ partes sunt. Ego plus q̃ feci facere non possum. Te tamen id quod spero:omnium maximum & clarissimum uidere cupio. Vale.

M.T.C.D.Bruto Impera.S.D.

ET si mihi tuæ l[itte]ræ iucundissime sunt tñ iucũdius fuit:q[uod] in summa occupatione tua planco collegæ mandasti ut te mihi per literas excusaret:qđ fecit ille diligenter:mihi autem nihil amabilius offõ tuo & diligentia. Coniunctio tua cum collega cõcordia[que] uestra:quæ literis omnibus declarata est. S.P.Q.R.gratissima accidit. Quod superest: perge mi Brute:& iam non cum aliis:sed tecum ipse certa. Plura scribere non debeo præsertim ad te quo magistro breuitatis uti cogito. L[itte]ras tuas uehementer expecto & quidem tales quales maxime opto. Vale.

ET si.Cum nõ potuisset Brutus ad Ci.scribere:mandarat collegæ suo Plãco ut eum apud Cice.excusaret q[uod] cum fecisset scribit Cice.sibi gratissimã fuisse talem diligentiam:deinde q[uonia]m publice scripserãt Brut⁹ & Plancus se optime inter se conuenire dicit Ci. senatũ uehementer gaudere ea concordia. Postremo hortat[ur] ipsum Brutum ut pergat imitari nõ aliũ quã seipsum. ¶ Cũ col.Planco. ¶ Certa te.i.enitere uincere teipsum & quotidie melius facere. ¶ Magistro bre.i.a quo uolo discedere esse breuis sicut tu es:unde inferius appellat eius sermonem laconismon. VBE.

ET si &c. Mãdarat Plãco Brutus ut se apud Ciceronẽ excusaret q[uod] ad eũ nõ scripserat qđ factũ eẽ sibi placere dicit:sicut & cõcordiã Plãci ac Bruti monẽs Brutũ ut te solũ miret[ur]. ¶ Ordo ẽ. Et si.i.q̃q̃ literæ tuæ sunt iucundissimæ mihi:tñ iucũdius fuit q[uod] mãdasti in summa occupatione tua:Planco collegæ.f.tuo ut excusaret mihi te p literas:quod ille.f.Plancus fecit diligenter. ¶ Autem.i.sed:nihil sup.est mihi amabilius officio tuo & diligẽtia.f.in uindicanda libertate reipu. ¶ Coniunctio tua cum collega.i.cũ imperatore Planco:& concordia uestra quæ declarata est omnibus literis.i.per l[itte]ras:accidit Senatui populo[que] Romano gratissima. ¶ Quod superest.i.restat:o mi Brute perge.i.perfice & procede:& certa iam non cũ aliis scilicet quos superasti:sed tecũ. ¶ Ego nõ debeo scribere plura:p[rae]sertim ad te quo cogito.i.ppono uti magistro breuitatis. ¶ Ego expecto uehementer l[itte]ras tuas:& quidem.i.certe tales.f.uictoriæ tuæ indices quales opto maxime. Vale. ASC.

M.T.C.D.Bruto Impera.S.D.

PEr magni interest:quo tibi hæc t[em]pe epistola reddita sit utrum cũ sollicitudinis aliquid haberes an cum ab omni molestia uacuus esses. Itaq[ue] ei præcepi:quem ad te misi:tempore obseruaret epistolæ tibi reddendæ. Nam quemadmodum coram qui ad nos intempestiue adeunt molesti sæpe sunt:sic epistolæ offendunt non loco redditæ. Si autem:ut spero nihil te perturbat:nihil impedit:& ille cui mandaui satis scite:& cõmode tẽpus ad te cœpit adeundi. confido me:quod uelim a te facile impetraturũ. L.Lamia p[rae]turam petit: hoc ego utor uno omnium plurimum.

PEr magni.hęc ep[isto]la inter oẽs cõmẽdatitias paucis uerbis ui maximã obtinet.Cũ.n.Ci.plurimũ deberet.L.Lamię.q qđ olĩ ei fuerat c[ontr]a Clodiũ: fuerat a Gabino c[on]sule relegat⁹ isq[ue].L.Lamia peteret p[rae]turã uellet[que] Cice.beneficii se memorẽ ostẽdere cõmendat diligentissime Bruto absenti hũc Lamiã orat[que] Brutũ ut scribat Romã ad Lupũ familiarissimũ suũ:ut oẽs cẽturias:in q[ui]bus Brutus plurimũ poterat:c[on]greget ad fauẽdũ Lamiæ ut præturã obtineat:cũ nihil sit qđ ei oĩno gra[ti]⁹ facere possit. ¶ Per ma.inte.magni ẽ momẽti. ¶ Obseruaret. diligẽter cõsideret. ¶ Tẽpus. quo esses lætus & uacuus ab oib⁹ molestiis. ¶ Loco.i.t[em]pe. Terẽ.Vẽi i ipso t[em]pe:qđ oium re[rum] ẽ maximũ Hora.in epi. Augusto reddes signata uolũia iuni. Si ualid⁹ si læt⁹ erit:si deniq[ue] poscet.Ne studio nr̃i poscet: odiũ[que] libellis Sedulus iportes:nã plerũ[que] ex importunitate nũcii aut tabellarii odiosior sit q scribit:& minus gratæ literæ. ¶ Offendunt. displicent. ¶ Scite.prudenter. VBE.

PEr magni &c. Hæc epistola commendatitia:paucis uerbis uim amplissimam continet. Commendat autem Lamiam Bruto absenti petens ab eo ut Lupus pro eo centurias conueniat ad p[rae]turã eidẽ impetrãdã. ¶ Ordo est. Interest.i.refert per magni:quo t[em]pe hæc epistola sit reddita tibi:utrum cum haberes aliquid sollicitudinis an cum esses uacuus ab omni molestia. ¶ Itaq[ue] ego p[rae]cepi ei quẽ misi ad te ut obseruaret.i. custodiret t[em]p[u]s.i.oportunitatẽ ep[isto]lę reddẽdę tibi. ¶ Nã queadmodũ q corã.i.cũ sint in p[rae]sẽtia adeũt uos itẽpestiue.i.non suo t[em]pe:sunt sæpe molesti.sic ep[isto]lę offendũt redditæ nõ loco.f.suo.i.nõ oportune. ¶ Aũt.i.sed:si nihil p[er]turbat te ut spero:& sup.nihil i[m]pedit:& ille cui mãdaui cœpit satis cõmode t[em]p[u]s adeũdi ad te ego c[on]fido me facile.i[m]petraturũ quod confido.f.posse i[m]petrare. ¶ Lucius Lamia petit p[rae]turã:ego utor hoc uno.f.uiro plurimũ aduerbiũ est.i.frequentissime omniũ. ASC.

VBE. ℭVEtustas quæ magnã uim habet in amicitia: nam ut ipse in Lælio inquit Veterrima quæq; ut ea uina quæ uetustatẽ ferunt: esse debent suauissima. ⸿ Consuetudo. conuersatio. ⸿ Merito. quod plus est q̃ beneficium: ut alibi sæpe diximꝰ & in sequenti epistola apparebit. ⸿ Clodianis temporibus. s. quibus Clodius me oppugnabat: & ex urbe ẽi eiecit. ⸿ Princeps. ex primis. ⸿ Propugnaret. contenderet me defendendo. ⸿ Relegatus. ex patria eiectus. ⸿ Ante id tẽpus. primus enim fuit qui relegatus sit usq; ad id tempus. ⸿ Meipsum. pro quo ei id contingit: notandũ autem contigit de malo dictũ sicut aliis multis locis & contra accidit de bono sæpe notauimus. ⸿ Me. q. d. non ipsum Lamiam. ⸿ Splendore. nobilitate: nam Lamiarum familia uetustissima fuit & nobilissima. Horatius Heli uetusto nobilis ab amo. ⸿ Sũma gratia. ualde gratus populo. ⸿ Munere magnificentissimo: q a in ædilitate exhibuit splẽdidissimos libros: quod conciliabat magnum fauorem populi: ut alio loco probauimus ex auctoritate Cice. in officiis. ⸿ Tenes. habes. ⸿ Inquis. i. quibus. ⸿ Regnas. habes maximam potestatem. ⸿ Fas centurias. idest ipsos equites ad centuriata comitia nobis congreget. ⸿ In extremo. in conclusione epistolæ.

Meritũ — Relegatus — Cõtigit — Accidit — Lamiarum familia

Magna uetustas: magna cõsuetudo intercedit: quod q; plurimum ualet: nihil mihi eius est familiaritate iucundius. Magno præterea beneficio eius magnoq; merito sum obligatus. Nam clodianis temporibus cum equestris ordinis princeps esset: proq; mea salute acerrime propugnaret a gabinio consule relegatus est: quod ante id tempus cui Romano romæ contigit nemini. Hoc cum Popu. Roma. meminit meipsum nõ meminisse turpissimum est. Quapropter persuade tibi mi Brute: me petere præturam. Quamquã enim Limia summo splendore: summa gratia est magnificentissimo munere ædilitio: tamen ea ita non essent ego suscepi totum negocium. Nunc si me tanti facis: quanti certe facis: quando equitum centurias tenes: in quibus regnas: mitte ad Lupum nostrum: ut is nobis eas centurias conficiat. Non tenebo te pluribus. Ponam in extremo quod sentio. Nihil est Brute. cum omnia a te expectam, quod mihi gratius facere possis. Vale.

ASC. ℭMAgna uetustas. s. amicitiæ: & magna cõsuetudo: idest cõuersatio intercedit. idest inter nos cõmunis ẽ: & quod ualet plurimum. s. ad amorem & gratiam: nihil est mihi iucũdius familiaritate eiꝰ. ⸿ Præterea ego sum obligatus magno bñficio & magno merito eius. ⸿ Nam clodianis temporibus. i. cũ persequeretur me Clodius: cũ. s. Lamia esset princeps ordinis equestris & propugnaret acerrime pro salute mea: relegatus ẽ: idest alienam prouinciã legatus est a Gabinio consule: quod nemini. i. non alicui. non cõtigit alicui ciui Romano ante id tempus. ⸿ Cũ populus Romanus meminit hoc. s. ipsum fecisse & possum esse pro me turpissimum est meipsum non meminisse. ⸿ Quapropter persuade tibi o mi Brute: me petere præturã. i. ac si peterem pro me. ⸿ Enim. i. quia: q̃q̃ Lamia est summo splendore & suprema gratia. i. habens summam gratiam in populo magnificentissimo munere ædilitio. i. propter munus ædilitium ab eo magnificentissime exhibitum: tamen ego suscepi. i. ad me cepi: totum negocium quasi ea. s. tam dicta. hoc est splendor gratia: & minus ædilitiũ præclare exhibitum: non essent ita. ⸿ Nunc si tu facis. i. æstimas me tanti quanti certe facis: quando. i. quoniam tu tenes. i. in potestate habes centurias equitum: in quibus regnas: quia imperator es mitte ad Lupum nostrum: ut is conficiat. i. fauorabiles faciat centurias. ⸿ Ego non tenebo te pluribus: scilicet præcibus occupatum. ⸿ Ego ponam in extremo. i. in fine epistolæ: quod sentio: o Brute cum ego expectem. i. sperem oĩa a te: nihil est quod possis facere mihi gratius. Vale.

VBE. LAmia. Eodem argumento quo & in præcedẽti epistola commendat Cicero Lamiam. D. Bruto: ut eum adiuuet in obtinenda prætura quo nihil sibi gratius fieri posse affirmat. ⸿ Præfunctus munere. ædilitatis. quia ut uidimus supra libro decimo ad Furnium: dabatur prætura post ædilitatem. ⸿ Is ambitus: multorum qui petunt hanc præturam ambientes hunc & illum. ⸿ Sustinendam mihi. tuendam meis humeris suscipiendam ⸿ Operibus. facultatibus: & auxiliis.

M.T.C.D. Bruto Impera. S.D.

LAmia uno omnium familiarissime utor. Magna eius in me non dico officia sed merita eaq; sunt Popu. Roma. notissima. Is magnificentissimo munere ædilitatis perfunctus petit præturam. Omnesq; intelligunt nec dignitatem ei deesse, nec gratiã. Sed his ambitus extare uideť: ut ego omnia pertimescam totamq; petitionem lamiæ mihi sustinendam putem. In ea re quantum me possis adiuuare facile prospicio: nec uero quantum mea causa uelis dubito. Velim igitur mi Brute tibi persuadeas: nihil me maiore studio a te petere: nihil te mihi gratius facere posse: quam si omnibus tuis operibus: omni studio Lamiam in petitione iuueris: quod ut facias uehementer rogo. Vale.

ASC. LAmia &c. Commendat eodem argumẽto eũdem lamiam quẽ in superiori epistola Decio Bruto: ut eum adiuuet in obtinenda prætura qui nihil sibi gratius fieri posse affirmat. ⸿ Ordo est. Ego utor Lamia: scilicet Lucio: uno: idest solo familiarissime omnium: magna sunt eius in me: non dico officia: quæ sunt quasi debita: sed merita. i. beneficia gratis ipensa: & ea sunt notissima populo Romano. ⸿ Is perfectus magnificentissimo munere ædilitatis: petit præturam. ⸿ Omnesq; intelligunt: nec dignitatem ei dedisse nec gratiã. ⸿ Sed is ambitus: idest corruptio suffragiorũ per munera aut preces: uidetur extare. i. eminere: ut ego pertimescã omnia. s. pro amico: & putem totam petitionem Lamiæ sustinendam mihi. i. tanquam meam iuuandam ego facile perspicio quantum possis iuuari me in ea re nec uero: dubito quantum uelis causa mea. ⸿ Velim igitur o mi Brute: sup. ut persuadeas tibi: me nihil petere a te maiore studio te nihil posse facere: mihi gratius: quam si iuueris Lamiam in petitiõe. s. præturæ: oibus: opibus. i. facultatibus tuis: & omni studio. s. tuo. ⸿ Quod ut facias rogo uehementer. Vale. dubitet forsitan quispiam cum de eadẽ prætura eiusdem anni pro eodem amico ab eodem Bruto: petat: cur duabus id faciat epistolis: sed potuit alterum amicis Lamiæ dedisse ad Brutum: aut per suos misisse: alteram ipsi Lamiæ dedisse perferendam: aut forte altera periret duas scripsisse: non eiusdem penitus exempli ut res magis cordi uideretur nec ipse uerborum inops. Vale.

ℭET si p Galbã

ET si per Galbam & Volumnium miserat Brutus ad Senatum se timere: ne Antonius uires recipere præsertim cum timeret ne Læpidus fidem mutaret: & cum eo coniungeretur. ¶ Quamobrem rescribit Cicero molestatum fuisse senatum: q ipse Brutus nunc profligato Marco Antonio se timidum ostendat: cum existimaretur fortissimus & in eo maxima spes esset: cum obsideretur adhuc florente & integro Antonio: ex quo arguit non decere eum timere: p cuius uictoria tantæ gratulationes factæ sint: dicit autem non deesse animum senatui: nec defuturum contra Antonium si forte uires receperit. ¶ Timendum. de Lepido. quem nunquam recte facturum putasti. ¶ Suspicandum. uel de eo, dem Læpido: uel de Octauio: quia postquam Brutus de obsidione Mutinensi liberatus missis caduceatoribus ad Cæsarem per quos rogabat: ut quoniam flumen in medio esset: ad colloquium accedere una uellet: ille consulibus e medio sublatis. Brutum uelut hostem metuens respondit: non Brutum salutaturus huc accessi: Sed Antonium oppugnaturus: cum quo conciliari non impium mihi fuerit: ob hæc igitur uerba eum suspectum habuit Decius. ¶ Fortis. intrepidus. ¶ Incluso. obsesso. ¶ Profligato. fuso. ¶ Nec uero. nunc respondet ad suspitionem de Læpido. ¶ Furiosum. insanum: mente captum. ¶ Pacem uelle: quia ut libro decimo uisum est epistola quæ incipit. ¶ Q & mihi pro summa: uoluerat Læpidus conciliare pacem inter Populum Romanum & Antonium: idem etiam ostêdit epistola ultima eiusdem libri. ¶ Optatissima. qua uehementer optauit. ¶ Ad omnia deorum templa. quia ut scribit Appianus supplicationes quinquaginta dierum anniuersarias Senatus habendas censuit ob res in Antonium gestas: quod nec unquam bello celtico: nec aliis prœliis decreuere Romani: præterea uota publicæ suscepta sunt: si Antonii Decius opprimeret. ¶ Renouatio: quam feceras per mandata ad senatum missa: sed per Galbam & Volumnium. ¶ Velim. cupio. ¶ Consilium prudentiam. ¶ Virtutem. animositatê & fortitudinem. ¶ Te uero. donec uixerit: nam Decio omnem consulum exercitum concesserunt Romani: eumq; solum imperatorem in Antonium decreuere.

M.T.C.D.Bruto Impera.S.D.

ETsi ex mãdatis quæ Galbæ: Volumnioq; ad Senatum dedisti: quid timendum: suspicandumq; putares: suspicabamur tamen timidiora mandara uidebantur: quam erat dignum tua. Populiq; Romani uictoria. Senatus autê mi Brute fortis ê & haber fortes duces. Itaque moleste ferebat: se a te quem omnium quicunq; fuissent fortissimum iudicaret: timidum atque ignauum iudicari. Etenim cum te incluso: spem maximam omnes habuissent in tua uirtute: florente Antonio quis erat qui quicquam timeret: profligato illo te liberato? Nec uero Læpidum timebamus. Quis enim esset qui illum tam furiosum arbitraretur: ut qui in maximo bello pacê uelle se dixisset: is in optatissima pace bellum reipub. indiceret Nec dubito quin tu plus prouideas. Sed tamen tam recenti gratulatione quã tuo nomine ad oĩa deorum têpla fecimus: renouatio doloris magnam molestiam afferebat. Quare uelim equitem id quod spero: ut plane abiectus: & fractus sit Antonius. Sin aliquid uitium forte collegerit: sentiet nec Senatui cõsilium: nec populo romano uirtutem deesse: nec reipub. te uiuo imperatorem. xiiii. Kalen. Iunii. Vale.


T si &c. Scripserat Brutus se timere ne uires colligat Antonius: quod displicere senatui utpote quod profligatum timeret nunc scribit Cicero: cum tantam deo spem conceperit. ¶ Ordo est. Etsi idest qq: nos suspicabamur ex mandatis quæ dedisti Galbæ & Volumnio ad senatum: idest recitanda senatui: nos suspicabamur quid putares timendum & suspicandum pro suspicio habendum: aut ut suspiciosum timendum: tamê mandata uidebantur timidiora: idest magis timida: quam erat dignum uictoria tua & Populi Romani: scilicet habita de Antonio. ¶ Autem: idest sed: O mi Brute senatus est fortis & habet duces fortes. ¶ Itaq. i. & ita ferebat moleste: se iudicari timidum atq; ignauum: a te: quem iudicaret fortissimum omnium quicunq; fuissent. ¶ Etenim cum te incluso. s. Mutinæ: omnes habuissent spem maximam in uirtute tua: florente Antonio: idest cum Antonius floreret quis erat qui timeret quicquam: illo. s. Antonio: profligato. i. decusso & pulso: & te liberato: quasi dicat nullus. ¶ Nec uero: timebamus Læpidum qui enim esset qui arbitraretur illum: scilicet Læpidum tam furiosum ut qui dixisset se uelle parem in. i. durãte maximo bello: is in diceret: idest denuntiaret reip. bellũ: in pace optatissima. q. d. nullus: & tamen secus euenit. ¶ Nec dubito quin tu prouideas plus: idest quam ut hoc non perspicias. ¶ Sed tamen renouatio timoris: adferebat magnam molestiam: sup. in gratulatione tam recenti: idest tam paulo ante habita quam feremus tuo nomine ad omnia têpla deorum per supplicationes. s. indictas quinquaginta dierum. ¶ Quare ego uelim quidê id quod spero: ut Antonius sit plane. i. omnino fractus & abiectus. ¶ Sin. i. sed: ipse colligerit forte aliquid uitium: sentiet nec consilium deesse senatui: nec uirtutem. s. bellicam. i. animositatem & fortitudinem. deesse populo Romano: nec imperatorem deesse reip. te uiuo. i. usque dum tu uiues. Decimoquarto Kalen. Iunii. Vale.

D.Brutus.M.T.C.S.D.

AD senatũ q̃s lr̃as misi: uelim pri⁹ perlegas & siq̃ tibi uidebunt cões. Necessario me scripsisse ipe aĩaduertes. nã cũ putarê q̃rtã & martiã legiões mecũ futuras: ut druso: Pauloq; placuerat


D senatum. Cum scripsisset Decius ad senatum de opinione quam haberet de bello conficiendo: & de suspitione sua de Cæsare & Læpido: & ut mitterentur ad se duæ legiones: misit prius eas literas ad Ciceronem rogatque ipsum ut commutet quicquid uidebitur priusquam recitentur in senatu. ¶ Necessaria. ex necessitate.

AD senatum quas &c. Scripserat ad senatum Brutus literas de belli conficiendi opinione: de Cæsaris & Læpidi coniunctione quas a Cicerone commutari petit. ¶ Ordo est. Ego uelim sup. ut perlegas prius eas literas quas misi ad senatum: supple quam reddantur senatui: & uelim: sup. ut commutes siqua uidebuntur tibi sup. commutanda ipse: idest iute animaduerteres: idest animaduertendo intelliges me scripsisse necessario. ¶ Nam cum putarem quartam & martiam legiones futuras mecum: ut placuerat Druso & Paulo.

VBE. ¶ VObis assentientibus. uobis approbantibus. s. ut illæ duæ legiões a essent. ¶ De reliqs: si min⁹ habuissem reliqua: ut
Vicem Vellē. ¶ Minus laborādū. minus curandū. ¶ Egentissimis. omni facultate militari carentibus. ¶ Vicē periculū: ut Virgi. in quarto. Nec tela: nec ullas uitauisse uices Danaū: significat etiā incommodum & pœnam: ut Horatius primo carminum: Vicesq; superbæ Te maneant ipsum. ¶ Observant. habent in magno honore. ¶ Quam: aliquam. ¶ Iniuriā. iniustitiam. ¶ Vernarum. seruorum. ¶ Optimam. iustissimam. ¶ Genus ad. adducit in odiū eoꝝ aduersarios dicēs seditiosos esse item in cōtēptū: cum dicit eos esse inertissimos. i. sine ulla industria & uirtute. ¶ Vercellis. nomē oppidi: ꝙ Strabo nō lōge eē a Placētia oñdit li. v. his uerbis Supiorib⁹ uero annis opa dabat̃ xcū Vercellæ auri fodinā hērēt & in ictu multoꝝ uico & alio huic uicino uterq; uero Placētiæ finitimus est: sunt & Vercellę supra Nauariā circa x. millia passuū: alia ut puto urbs ab hac.

Vercellæ

ASC. ¶ VObis assentiētibus. ¶ Ego existimaui min⁹ laborandū. i. minus anxie agendum: & curandū: de reliqs rebus. ¶ Nūc uero cū sim cū tyrōibus. i. nouitiis in re militari egentissimis scilicet armorum cōmeatus: & stipendii: necesse ē sup. ut timeā ualde & meā & uestrā uicem. i. sortem aut periculum: qd per uicem obitur dū eam uices alterius obimus eius quoq; pericula obim⁹ unde uices pro periculis quandoq; ponimus: ut æneid. ii. Nec tela nec ullas uitauisse uices danaū &c. ¶ Vicentini. s. populi. de certis tamen ciuibus loquitur: nō de omnibus obseruant. i. colunt: & honorant me: & Marcum Brutum. s. fratrem: peto a te sup. ut: nequaquam patiare iniuriā fieri his in senatu causa uernarum. i. eo qd læserūt uernas. i. seruos ex ancillis alterius familię potētis natos. ¶ Ipsi habēt optimā cām: iudicio. s. Bruti: & habent officium. s. suum summum in. i. erga remp. & habent genus hominum aduersariorum seditiosum & inertissimum. i. minime industrium.

uobis assentientibus minus de rebus reliquis laborandum existimaui: nunc uero cū sim cū Tyronibus egentissimis: ualde & meam & uestram uicem timeam: necesse est. Vicentini me & Marcum Brutum præcipue obseruant. His nequaquam patiare iniuriam fieri in senatu uernarum causa: a te peto. Causam habēt optimam officium in rempub. summum: genus hominum aduersariorum seditiosum: & inertissimum: Duodecimo Kalen. Iunii Vercellis. Vale.

VBE.



Vod pro me. Labeo Segulius quidā homo nequā & discordiis gaudēs finxerat Cæsarē Octauianum domi suæ dixisse Ci. dixisse Cæ. ornādū tollēdū: qđ qdē uerbū cū Cæsar accepisset in aliā partem ac dictū esset: molestissime tulit ꝑterea ueteranos male loq de Ci. qa ꝓhibuisset Cæ. & Deciū in decēuiris esse q electi fuerāt ad pecuniā distribuēdā militibus Itaq; Decius his de reb⁹ Ci. certiorē facit: monetq; ut uitet pericula: faciatq; de Decēuiris: qđ ueterani uelit deinde ut assentiat̃ de agris ueteranis dādis ab ipso Decio & a Cæ. & de legionibus quibus agri erāt assignādi. Postremo dicit qđ agat & qđ actur⁹ sit. petitq; ut si qđ sit secretius eū certiorē faciat. ¶ Amor cogit. sic Ci. i Lælio de amicitia: quā multa. n. q̃ nr̃a cā nūq̃ faceremꝰ: facim⁹ cā amicoꝝ. ¶ Neq; cō. neq; puifactū qa res erat magni pōderis hō sui simillimus. qa a puo ingenio suo nō discedit. ¶ Apud Cę. domi Cęsaris. ¶ Multū sermonē. multa uerba. ¶ Dictum. s. a Cæ. ¶ Ornādū. honorādū. ¶ Tollēdū. hoc uerbum dixerat Ci. ꝓ extollēdū: sed cū sit ambiguū acceperat Cæsar in malā ptē tollēdū. i. interficiēdū. Sic illud de Nerōe. ¶ Quis neget æneę magna de stirpe Neronem. Sustulit hic matrē: sustulit ille patrē. ¶ Cōmissuꝝ per missurū datuꝝ cuipiā facultatē. ¶ Nō platū. s. credo pessime loq. s. ad te. ¶ Instate. iminere. ¶ Habiti. electi. dicit. n. Appia. decē ꝑterea uiros ad distributionē creauerūt: qb⁹ nec Cęsarē undecimū addiderē. ¶ Ad uestrum arbitrium: ut uos uelletis nobis exclusis. ¶ In itinere. ut irem in Galliam transalpinam. ¶ Eos. ueteranos. ¶ Iactatione uerborum: idest iactando & spargendo uerba: quibus: te perterrere faciant.

D. Brutus Impera. M. T. C. S. D.

Q Vod pro me non facio, id pro te facere meus in te amor: tuaq; officia cogunt: ut timeam. Sæpe enim mihi cum esset dictū, neq; a me contemptum: nouissime Labeo Segulius homo sui simillimus narrauit mihi apud Cæsarem se fuisse: multūq; sermonem de te habitum esse. Ipsum Cæsarē nihil sane de te questum: nisi dictum: ꝙ diceret te dixisse laudandum adolescentem: ornandū tollendum se non esse cōmissurum: ut tolli possit. Hoc ego labeonem credo illi retulisse: aut finxisse: dictū nō ab adulescente prolatum. Veteranos uero pessime loqui uolebat Labeo me credere: & tibi ab iis instare periculū maximeq; indignari: ꝙ in decēuiris: neq; Cæsar neq; ego habiti essemus: atq; omnia ad uestrum arbitrium essent collata. Hæc cum audissem & iam in itinere essem: committendum non putaui: prius ut alpes transgrederer: quam quid istic ageretur scirem. Nam de tuo periculo (crede mihi) iactatione uerborum:

ASC. Q Vod ꝑ &c. Audierat Brut⁹ Octauiū Cæsarē ægre ferre ꝙ Cicero dixisset eū tollēdū qđ uerbū i malā partē acceperat: & ꝙ Cæsarē ac Deciū in decēuiris esse prohibuisset: quocirca monet eū amice ut pīcula de uitās de decēuiris: ueteranos sequat̃: & illis ꝑmia assignēt. ¶ Ordo est. Amor meus in te: & tua officia sup. in me & in remp. cogunt me facere id Pro te qđ ego nō facio pro me. uidelicet ut timeā. ¶ Cū. n. dictū esset mihi sæpe: neq; cōtēptū. i. pro nihilo habitū: sed magni æstimatū a me. ¶ Labeo Segulius hō simillim⁹ sui. i. ut uidet̃ ita perfidus: narrauit mihi nouissime. i. ultio tpe: se fuisse apud Cæsarē. s. Octauiū: & multū sermonē eē habitū de te. ¶ Et narrauit ipsum Cæsarē nihil questū sane. i. oino de te: nisi dictū. i. ob dictum ꝙ diceret te dixisse sup. Cæsarē adulescentem laudandū: ornandū: tollendū: quod ultimū potest dupliciter intelligi in bonam partem: ut sit extollendū & augendū sicut prius tollunt̃ dum educantur. unde Comicus. ¶ Quicquid peperisset: decreuerūt: tollere: aut in malā: quasi de medio auferendum: sicut illud in euangelio. Tolle: tolle crucifige eū. Potuit autem fieri: ut Cicero qui petulanti satis fuit ingenio: & se ut in superioribus patuit: nonnunquam iactauit obsales suos: tale quid de Cæsare per ambages dixerit ꝙ ille in peiorem partem acceperit unde Cæsar indignatus responderit: se non esse commissurum: idest passurum: ut possit tolli idest auferri de hoc mundo. ¶ Ego credo Labeonem retulisse: idest narrasse: illa scilicet Cæsari: hoc scilicet a te dictum esse: aut finxisse dictum esse a Cæsare non prolatum ab adulescente scilicet Cæsare. ¶ Vero pro sed. Labeo uolebat me credere. i. ut crederem ueteranos: scilicet milites loqui pessime: scilicet de te: & periculū instare. i. iminere tibi ab iis & sup.

tis & supple eos indignari.idest ægre ferre maxime:idest præcipuæ:q neq Cæsar neq ego essem habiti i decéuiris.i. inter decéuiros creatos ad reipublicæ gubernationem donec cõsules crearentur:atq uolebat eos maxime indignari:q omnia essent collata.idest redacta ad arbitrium uestrũ:scilicet qui decemuiri essetis. Cum ego audissem hæc:& essem iam in itinere.idest proficiscerer:non putaui committendũ.idest q deberem pati:ut transgredere prius alpes:q̃ scirẽ qd ageretur istic.hoc est Romæ. Nam crede mihi:eos scilicet ueteranos sperare te perterrefacto:idest si fueris perterrefactus iactatione uerborum.i.iactando uerba:de tuo periculo.i.quibus iuuante te uersari in magno periculo.

CPROiicies. i. ultro perdes ēt reliquias tuas. i. qđ ubi fortunarum relictū est: Si esset proiicias: tunc exponerem: obsecro. i. per sacra rogo ne proiicias &c. Q d. i. quātū attinet ad sumptū. s. faciendū: &. i. simul sine. i. permitte: alios: ut Pisonē & fratrē: sustinere. s. onus: si modo. i. dummodo possunt: & noli uexare. i. minimū torquere: ualetudinem tuam infirmam si amas me. Nam uersaris. i. præsentaris mihi ante oculos: dies & noctes. Ego uideo te excipere. i. ex aliis adsumere oēs labores: timero ut. i. ne nō sustineas. i. possis sustinere. Sed uideo oia. s. auxilia aut bona nostra esse in te. Quare ut consequamur id quod speres & id quod agis. i. moliris adsequi: serui idest iserui ualetudini. Ego nescio ad quos scribam. i. scribere debeā: nisi aut ad eos qui scribunt ad me: aut ad eos de quibus uos scribitis aliquid de me. Ego non discedam longius: quoniā ita placet uobis: sed uelim sup. ut mittatis literas quā sæpissime: præsertim si quid est firmius quod speremus. Valete o desyderia mea: Valete. Datum ad Tertium Nonas Octobris Thessalonicæ: quæ ciuitas est Macedoniæ. ASC.

proiicies obsecro te uita mea. Quod ad sumptum attiner: & sine alios q possunt: si modo uolunt sustinere: & ualetudinē istam infirmam si me amas: noli uexare Nā mihi ante oculos dies: noctesq; uersaris. Omnes labores te excipere uideo: timeo ut sustineas. Sed uideo in te esse omnia. Quare ut id quod speras & quod agis consequamur serui ualetudini. Ego ad quos scribam: nescio nisi aut ad eos: q ad me scribunt: aut ad eos: de qbus ad me uos aliquid scribitis Longius: qm̄ nobis ita placet: non discedam: sed uelim quā sæpissime literas mittatis præsertim si quid est firmius quod speremus. Valete mea desyderia ualete.. Datum ad .iiii. Nonas Octobris Thessalonicæ.

M.T. Cicero Terentiæ & Tulliæ &
Ciceroni suis Salutem Dicit.



ACcepi ab Aristocrito treis epistolas: quas ego lachrymis ꝓpe deleui Cōficior enim mœrore mea Terentia. nec me meæ miseriæ magis excruciant: q̄ tuæ: uestræq;. Ego autem hoc miserior sum quā tu: quæ es miserrima: quod ipsa calamitas cōis e utriusq; nostrū, sed culpa mea ꝓpria ē. Meū fuit officiū: uel legatione uitare periculum uel diligētia, & copiis resistere, uel cadere fortiter, hoc miserius, turpius, indignius nobis nihil fuit. Quare cū dolore adficior, tū ēt pudore. Pudet. n. me uxori meæ optimæ: suauissimis liberis uirtutē: & diligentiā non præstitisse. Nā mihi ante oculos dies noctesq; uersat squalor uester & mœror: & ifirmitas ualetudinis tuæ spes autem salutis pertenuis ostenditur. Inimici sunt multi inuidi pene oēs. Eiicere nos magnū fuit. excludere facile est. Sed tū q̄diu uos eritis in spe: non desiciā ne omnia mea culpa cecidisse uideantur. Vt tuto sim quod laboras id mihi nunc facillimū est quē etiā inimici uolūt uiuere in tātis miseriis. Ego tamē faciā qua præcipis. Amicis quibus uoluisti: egi gratias. Et eas literas Desippo dedi meq; deorum officio scripsi a te certiorem esse factum. Pisonem nostrum mirifico esse studio in nos: & officio & ego perspicio: & oēs

a Cœpi. Dolet Cicero sicut & supius. quod sit culpa mœroris & doloris suoꝝ & ꝙ ignaue discesserit: cum potuerit remanere in patria si uoluisset se inimicis opponere. Deide quia scripserat Terētia se laborare: ut Ci. esset in tuto: dicit sibi esse facillimū: qa ēt inimici sui cupiunt ut ueniat in iis miseriis. Deinde dicit se cupere fieri certiorē literis Terē. qđ p eā & eius amicos actū sit de ipsius restōe. Ab ar. liberto nostro nō quas scripsit: sed q̄s attulit a te. Deleui: confeci: destruxi. Conficior: consumor. Culpa ē mea: quæ sola facit hoiem miserum. Legatiōe: suscipiēdo legationē aliquā: cuius prætextu uitabaī infamia & piculū: ut diximꝰ supra de iterfectoribꝰ Cæ. qm̄ ut ondit Liuius: ius legatoꝝ apud oēs gentes sp inuiolatū fuit. Copiis: facta multitudine armoꝝ q me tuerent. Vel cade. uel mori. Fortiter: aiose cū laude resistendo & nō fugiēdo. Hoc qđ feci. Sq̄lor: sordes quæ ex luctu: & mœrore fit. Inimici. enserat aliquot cās quare spes salutis sit tenuis. Excludere. tenere extra urbē. Quod quia. Viuere: ut maior sit pœna in miserrima uita quam in morte. Desippo: is erat unus ex domesticis Cice. VBE. Deleui Conficior Squalor

a Cœpi &c. Itē sibi dolori eē scribit ꝙ culpa sua. sit cā doloris uxori & liberis: & ꝙ ignaue discesserit cū potuerit remanere in patria si uoluisset se inimicis opponere. Dicitq; se facile uitā tutari cū ēt hostes ipsum sic uiuere uelint: certior aūt fieri uult quid pro se egerint. Ordo est. Ego accepi ab Aristocrito. i. quas Aristocritus libertus noster attulit tres epistolas: q̄s ego ꝓpe. i. fere deleui lachrymis. Eni. i. qa o mea Terētia: ego cōficior. i. pereo merore. i. tristitia: nec meæ miseriæ excruciāt me magis q̄ tuæ: & usq. s. oium: hoc & tuæ & liberoꝝ nostram. Ego āt sū hoc. i. tāto aut i hoc miserior: q̄ tu q̄ es miserrima: ꝙ ipsa calamitas ē cōis utriusq; nostrum: sed culpa est mea ꝓpria. i. mea soliꝰ. Offm̄ meū fuit euitare piculū. s. exilii aut ꝓscriptiōis: legatiōe. s. cū honoris in aliq̄ puīcia ipetrata: & pluribus cōtigebat: uel resistere. s. piculo: diligētia & copiis. i. manu armata: uel cadere fortiter si resistere nequissem. Nihil fuit nobis miseriꝰ: turpius: idigniꝰ hoc. i. q̄ hoc qđ patimur. s. mō. Quare cū. s. ita sit q adficior dolore: tū ēt sup. adficior & multo magis pudore. Pudet enim me: nō prestitisse. i. exhibuisse uxori optimę: & liberis suauissimis uirtutē. i. fortitudinē ai: & diligētiā. s. in resistēdo aduersariis. Nā squalor. i. sordiditas: & situs uī: & mœror. i. mœstitia: & infirmitas ualetudinis tuæ uersaī mihi ante oculos dies & noctes. Aūt. i. sed spes salutis ondiī ptenuis. i. ualde tenuis. Multi sunt inimici. s. apti & pena oēs sunt inidi. i. inuidētes glīæ meę. Magnū fuit eiicere nos: qa potuisset resistere: facile ē excludere. s. erectū. Sed tū q̄diu uos eritis i spe. s. restitutionis meæ: ego nō deficiā. s. i ꝓcurāda salute ne oia. s. & exiliū & māsio i exilio uideanī cecidisse culpa mea. i. p. culpam meam. Id qđ laboras mō. s. ut sim tuto. i. i loco tutoꝰē mihi nūc facillimū: utpote: quem ēt inimici uolunt uiuere in tantis miseriis quę morte finirentur: quia ut dicit Flaccus in epistolis: mors ultima linea rerum est. Ego tamen faciam sup. ea quæ præcepis. Ego egi gratias sup. illis amicis qbus uoluisti. Et dedi Desippo. s. domestico nostro: eas līas sup. quas uoluisti: & scrip si me esse factum certiorem a te de officio eorum. scilicet quos mihi significasti. Et. i. simul ego perspicio & omnes. ASC.

VBB. ¶PRÆdicant.aperte dicunt.¶ Faxint:faciant:quod notandum est apud oratorem:quoniam quidam falso dicunt im
Faxo esse poeticum.¶ In pri.di.in initio magistratus eorum.¶ Si in.i.i lõgius deducta sit & facta uetus.¶ Actū est.i.nihil fiet
quia res frigescet:& defferretur.¶ Eo.n.i.ea causa.¶ Istius o curãdi reditus mei.¶ Istic:romæ.¶ Quod agi.qđ tractatis
& quæritis scilicet ut redire possim.¶ Sin au.scilicet nõ perficitis:aposiopesis est, Subauditur.n.actum est de me uel ali
quid tale.¶ Ad fu.i.ad extremum:quod uulgo dicitur ad plus.¶ Constituere:iudicare uel certe deliberare.¶ Rē:ipe
trationem reditus mei:uideor uide ex affectu amoris:qui te oculis meis uf subiicere. Virg.illum absēs absētē auditq; ui
det:& Oui.in ponto ad uxorē.Te loquor absentem:
te uox mea nominat unam.

predicant.Dii faxint ut tali genero mihi præsenti se cum simul.& cū liberis nostris frui liceat. Nunc spes reliqua in nouis tr.pl.& in primis quidā diebus. Nā si inueterarit, actum est.Ea re ad te statim Aristocritū misi:ut ad me continuo initia rerum:& rationem totius negocii posses scribere. Etsi Desippo quoq; ita imperaui statim ut recurreret: & ad fratrem misi ut crebro tabellarios mitteret.Nā ego eo nomine sum Dirrachii hoc tpe ut q̃ celerrime quid agatur audiam & sum tuto.Ciuitas enim hæc semper a me defensa est:cum inimici nostri uenire dicentur.tum in Epirum ibo. Quod scribis si uelim te ad me uenturam. Ego uero cū sciam magnam partē istius oneris abs te sustineri:& istic esse uolo.Si perficitis qđ agitis: me ad uos uenire oportet.Si autem.sed nihil est opus reliq̃ scribere ex primis aut ad sūmū secūdis lr̃is tuis cōstituere poterimus qd nobis faciēdū sit .Tu modo ad me ueli oīa diligētissime pscribas & si magis iā rē q̃ literas debeo expectare.Cura ut ualeas. & ita tibi persuadeas mihi te nihil carius esse neq; unq̃ fuisse. Vale mea Terentia quam ego uidere uideor: itaq; debilior lachrymis.Pridie kalendas Decemb.

ASC. ¶PRÆdicant Pisonē nr̃m.s.generū:eē mirifico studio & officio in.i.erga nos.dii faxint.i.faciāt ut liceat mihi frui tali genero psenti simul tecū & liberis nr̃is.i. p le legitima.Nūc spes reliq̃ ē in nouis tribunis plebis. & quidē in primis diebus.s.magistratus eorum. Nā si inueterarit.i.obliuionē res abierit: actū ē.i.nulla spes ē reliqua.Ea re.i.ppterea ego misi: statim ad te Aristocritum ut posses scribere continuo ad me: initia rerū & ratiões totius negocii. Et imparaui quoq; desippo ita ut recurret statim.& misi ad fratrem.s.Quintū: ut mitteret crebo.i.frequenter tabellarios.i. nuncios literarū.Nā ego sum Dirrachii idest in eo oppido Macedoniæ hoc tempore:eo noie.i.ea ratione ut audiam q̃ celerrimis quid agat.s.de me Romę & sim tuto idest extra periculum & in loco tuto.Ciuitas enim hæc est defensa semper a me:cū idest quando inimici nostri dicētur uenire tum idest tunc ibo in Epirum.

Quod scribis te uēturā ad me si uelim: ego uero.i.reuera cū sciā magnam partē istius oneris sustineri abs te uolo te esse istic.i.ubi nunc es hoc ē Romæ Si perficitis.s.tu & tui adiutores qđ agitis.i.ptenditis:hoc est reditum meū oportet me uenire ad uos. ¶ Sin aūt.i.sed si.sup.nõ perficitis:uoluit dicere miserrimū esse eā in exsilio:uiuere aut exulē sequi aut qđ si mile:qđ p aposiopesim decēter reticet: subdēs.¶ Sz nihil ē opus scribere reliqua.¶ Nos poterimus constituere.i.decernere ex primis aut ad summū.i.maximū numerum ex secūdis literis tuis.quid sit faciēdum nobis.Velim mō.i.solūmodo sup.ut tu pscribas ad me oia diligētissime:& si.i.tametsi:ego debeo iam magis expectare rē.s.optatā:q̃ literas.s.eā significātes Cura ut ualeas & psuadeas tibi ita:nihil eē mihi charius te:neq; fuisse unq̃.O mea Terētia Vale.quā ego uideor.s.p fantasiā ex desyderio ortam uidere.Itaq;.i.& ita:debilitor.i.fio debilis:lachrymis.i.ob lachrymas.Pridie Kalen.Decemb.

M.T.C.Terentiæ Tul.& Ci.S.D.

EGo minus sæpe ad uos do literas q̃ possum propter eaq; tum omnia mihi tēpora sunt misera:tum uero cum aut scribo uos:aut uestras lego conficior lachrymis sic ut ferre non possim.Quod utinam minus uitæ cupidus fuissem certe nihil aut non multum in uita mali uidissemus. Quod si nos ad aliqua alicuius commodi aliquando recuperādi spē fortuna reseruauit.minus erratū a nobis si hæc mala fixa sūt Ego uero te q̃primū mea uita cupio uidere:& i toto cōplexu emori:qñ neq; dii quos tu castissime coluisti neq; hoīes quos ego seruaui sp

VBB. EGo minus. Scribit Ci.ad Terē. licet iferat mētionē filiorum:oñdit āt q̃to dolore ɔficiat cū ad suos scribere cogit.Deide expōit ubi sit & quo iturus:& q̃a scripserat Ter. se ad eū iturā si ei uideret: rescribit Ci.q̃d sentiat Postrēo qd egerit de familia seruorum de q̃ in pria ep̃la ad Terē.mentionem fecit:& eam hortatur ut ualitudinem suam sustentet:reliq̃ ex textu colligunt.¶ Certe:saltem.¶ Aut non mu.quia cito perissem.¶ Minus est er.a no.non peccauimus:si uitæ cupidi fuimus:dū modo aliqua spe sit.¶ Fixa:firma:immutabilia ut alia q̃ñ non possint in melius conuerti.¶ In tuo complexu
Fixa in tuis ulnis.Naso ad uxorem. Atq; utinam lugenda tibi non uita:sed esset:Mors mea morte fores sola relicta mea Spiritus hic per te patrias exisset i oras.Sparsissent lachrymæ corpora nostra piæ.

ASC. EGo &c. Scribit ad terentiam licet inferat mentionem liberorum:ostendens quanto dolore conficiatur cum ad suos scribere cogatur.¶ Deinde exponit ubi sit & quo iturus:docens an Terentiam ad se uenire uelit & alia q̃dam Hocordine.¶ Ego domin⁹ sæpe literas ad uos q̃ possum:hoc est darem sæpius si uellem q̃ iā.i.pariter oia tempora sunt mihi misera:idest afflicta:tum uero. idest sed tunc maxime & quasi ad uerum cum:idest quando:ego aut scribo ad uos aut lego uestras:scilicet literas conficior: idest consumor lachrymis sic ut non possim ferre:idest sustinere.¶ Quod:idest propter quod utinam fuissem minus idest non tam cupidus uitæ:certe nos nihil aut non multum mali uidissemus in uita:scilicet nostra. Quod si fortuna reseruauit nos ad aliquam spem alicuius commodi recuperandi aliquando:idest tandem minus:idest non tam multum est erratum a nobis:si hæc mala sunt fixa:idest firma & diuturna.¶ Ego uero cupio uidere te o Terentia mea uita:& emori in cōplexu tuo:qñ.i.quandoquidē:neq; dii quos tu coluisti castissime:neq; hoīes quos ego seruaui.i.saluos feci semp.

¶Retulerunt.

¶ RET tulerunt reddiderunt nobis qd meruimus. ¶ Neglexerit peri. quia lata fuerat acerrima lex ut dixim⁹ li.i. ĩ eos q Ci. excepissent: qa erat ei interdictũ aqua & igni. ¶ Legis. ne q̃ſ uiã me reciperet. ¶ Hẽbimus. s. aio. i. ſp erim⁹ mẽores & existimabam⁹ nos ei obligatos. ¶ Profecti sum⁹. discessim⁹. ¶ Cizicũ. Cizic⁹ ciuitas Asiæ i Propõtide ab Hæmonsis cõdita: ut oñdit Ouid. i. i. tristiũ siue põti. nã utrũq̃ opus i põto factũ ẽ: Hic Propõtiacis herẽtẽ cyzicõ oris Cyzicõ hæmoniæ nobile gẽns op⁹. ¶ Rogẽ. cũ iterrogatiõe legẽdũ ẽ. ¶ Cõfectã. debilitatã: afflictã. ¶ Corpe. pp ualitudinẽ. ¶ Aio. pp fortunã nr̃az & dolores: & quos capis. ¶ Sin. p ero ¶ Sic agã. ut sim sine te. ¶ Trãsactũ. actũ & sine ulla spe. ¶ Sz. VBE. Cyzic⁹

nobis gratiã retulerunt. Nos Brundusii apud. M. Ennium Flaccum dies. xiii. fuimus: uirũ optimũ: qui periculum fortunarum: & capitis sui pro mea salute neglexit. Neq̃ legis iprobissimæ pœna deduct⁹ ẽ: quo min⁹ hospitii: & amicitiæ ius officiũq̃: pstaret. Huic utinã aliquãdo gratiã referre possimus: habebimus quidẽ semper. Brundusio pfecti sumus ad quintum kalen. Maii p macedoniã Cizicũ petebamus. O me perditũ. O me afflictũ qd nunc rogẽ te ut uenias mulierẽ ægrã & corpe: & aio cõfectã: Nõ rogẽ! Sine te igit̃ sim. Opinor sic agã. Si est spes nostri reditus. eã confirmes: & rẽ adiuues. Sin: ut ego metuo transactũ est (quoquo modo potes ad me fac uenias). Vnũ hoc scito si te habebo: nõ mihi uidebor plane piisse. Sed quid de Tulliola mea fiet, iã id uos uidete: mihi ñ cõsilium. Sed certe quoquo modo res se habebit: illius misellæ & matrimonio: & famæ seruiendũ est. Quid Cicero meus. Tu uero sis in sinu semper & cõplexu meo. Non queo iam plura scribere. Impedit mœror. Tu qd egeris nescio. Verũ aliqd teneas an quod metuo: plane sis spoliata. Pisonẽ ut scribis: spero fore sp nostrũ De familia liberata nihil est: quod te moueat. Primũ tuis ita pmissum ẽ te facturã eẽ: ut q̃sq̃ eẽt meritus. Est aũt in offõ adhuc Orphe⁹. Præterea magno pere nemo cæterorũ seruorũ. Ea cã est, ut si res a nobis abesset: liberti nr̃i eẽnt, si optineri potuissent. Sin ad nos ptinerẽt: seruirẽt: præterq̃ oppido pauci: sed hæc minora sunt. Tu q̃ me hortaris ut aio sim magno, & spẽ habeã recuperãdæ salutis: id ueli ut eiusmodi: ut recte sperare possimus. Nũc miser qñ tuas iã lr̃as accipiã qs ad me pferet! quas ego expectassem Brũdusii

q. d. tul. latẽter subdit cãz ne uadat. ¶ Misellæ. s. Tulliolç mr̃imõio: ne discedat a marito. ¶ Teneas aliqd. de bõis nr̃is pp̃q̃ ad tabulã Valeriã eã deductã se audisse supradixit. ¶ De fa. seruoꝝ: dixim⁹ i pr̃ta epla ad Terẽ. ¶ Liberata. mãumissa: ita. n. scripserat Ci. se fecisse. ¶ Tuis. seruis. ¶ Vt qu. ess. me. i. te & retẽturã in seruitute q mererent & mãumissurã ẽt q bñ eẽnt meriti. ¶ Est i offõ. i. fideliter seruit. ¶ Præterea. pter est. Virg. in. xi. Si duo pterea talis idça tulisset. Terra uiros. ¶ Liberti nr̃i. i. mãumissi. ¶ Si res a no. abesset. i. si nihil ad nos ptineret. ¶ Oppido. ualde. ¶ Ea cã. idest talis. ¶ Minora. i. pua comparatiuum pro positiuo. ¶ Recte. cum aliquo effectu. ¶ Quando. interrogatiue legendum est q. d. nunquam. Oppido

¶ RET tulerunt nobis grãm. s. p bñfactis nr̃is. Id ãt de deo impiũ ẽ cogitare nedũ scribere sed miseris sæpe caligãt oculi. ¶ Nos fuimus dies. xiii. Brũdusii apd. M. Enniũ Flaccũ uiꝝ optimũ: q neglexerit periculũ fortunaꝝ & capitis sui p salute mea: qa comitatũ mihi præstitit: in quo si deprachẽsus fuisset & rẽ & uitã amisisset. ¶ Neq̃ deductus est. i. absterritus aut amotus: pœna. i. pp pœnãs improbissimæ legis. s. qua interdictũ erat Ciceroni aqua & igni: & quicũq̃ eũ hospitio recepisset pœne capitali subiectũ iri: cautũ est: quominus. i. ut nõ præstaret ius & offm hospitii & amicitiæ. ¶ Vtinã nos possimus referre aliqñ. i. tandẽ: gratiã. s. parẽ quidẽ. i. certe aut saltẽ habebimus. s. in aio sp s. donec uiuemus. ¶ Nos sumus pfecti. i. discessimus Brundusio ad quintũ Kalendas Maii per Macedoniam: & petebamus Cizicũ urbẽ Asiæ in propontide ab Hemonsis: cõditã: o me perditũ o me afflictũ quid deliberantis est & nesciẽtis qd facere debeat sup. faciam: rogẽ. s. perceme te nunc mulierẽ ægrã & cõfectã. i. cõsumptã & corpore & aio: ut uenias. s. ad me. q. d. id nõ decere. ¶ Nõ rogẽ. i. nũquid debeã nõ rogare. ¶ Igit. s. si nõ rogẽ ut uenias: sim. i. oporteat me esse sine te. q. d. id tristissimũ fore. ¶ Opinor: q̃si iuẽto cõsilio ego agã sic. ¶ Si spes reditus nostri, ẽ: ut tu ↄfirmes eã & adiuues rẽ. i. mediũ quo fiet aut rẽ familiarem. ¶ Sin: ut ego metuo: est trãsactũ. i. penitus actũ & desperãdum de reditu meo. fac uenias ad me quoquo. i. quocunq̃ modo potes. ¶ Scito hoc unũ: si habebo te: ego nõ uidebor: mihi piisse plane. i. oino. ¶ Sed sup. si ueneris: quid fiet de Tulliola mea. s. filia: uidete iã uos qui domi estis: id quia consilium. i. uirtus deliberatiua non est mihi. ¶ Sed certe quoquo. idest quocunq̃ modo res habebit se: seruiendum: idest consulendum est & matrimonio & famæ illius misellæ: idest ne amissa per inopiam: aut desolationem fama repudietur. ¶ Quid Cicero meus: scilicet filius faciet. supple. ¶ Tu uero sis: scilicet si hic: esses semper in sinu & complexu meo: uoluit addere & ille miser mendicabit: aut quid tristius quia etiam pudicitiæ illius imminebat periculum. ¶ Ego non queo iam scribere plura: mœror impedit: Nescio quid tu egeris. ¶ Vtrum teneas aliquid: scilicet rerum an quod metuo sis spoliata plane: idest omnino. ¶ Ego spero: ut scribis: Pisonem: scilicet generum nostrum: fore: idest futurum semper nostrum. idest nobis fauentem. ¶ Nihil est quod moueat: mouere & turbare debeat te de familia liberata: idest de manumissione seruorum. ¶ Profugiens enim Cicerone serui in alienam potestatem uenirent: aut spe libertatis optinendæ in dominum insurgerent manumisit eos: sed tamen non omnes: quia qui uxoris nomine dotis erant: in eius arbitrio reliquit: unde addit: ¶ Primum: quasi dicat prima est ratio ut mouearis: promissum est te facturam esse tuis: scilicet seruis ita ut quisque meritus. ¶ Autem idest sed: Orpheus est adhuc in officio: idest debito seruitio: præterea: idest præter eum nemo cæterorum seruorum magnopere: supple in officio est. ¶ Causa est ea: idest talis: idest hoc consilio id feci: ut si res: idest possessio iusta: abesset a nobis: idest si essemus priuati omni re nostra: ipsi manumissi essent liberti nostri: si potuissent: optinere idest confirmationem manumissionis. ¶ Sin idest sed si: ipsi pertinerent ad nos: scilicet in re: licet omnia nostra essent subrepta: ipsi seruirent: idest manerent in seruitute: præterquam oppido: idest ualde pauci qui forte manumitterentur ut dominum persequerentur. ¶ Sed hæc sunt minora: scilicet damna. ¶ Tu q̃ hortaris me ut sim animo magno: & habeam spem salutis recuperandæ: ego uelim sup. ut id sit eiusmodi. ut possimus sperare recte. idest non frustra. ¶ Nunc miser: quia procul abest: quando accipiam literas tuas: quis perferet ad me. ¶ Quas scilicet literas: ego expectassem. Brundusii. ASC.

VBE. ¶ SI eſſet licitum:ſi mihi permiſſum eſſet nautis. ¶ Floruimus. tranſlatio eſt Oui. Nos quoq; floruimus ſed flos fuit ille caducus. ¶ Quod nõ amiſimus animã cum ornamẽtis. ideſt niſi in hoc quod nõ mortui ſumus cũ dignitatem amittere, mus: ideſt cũ eijceremur ex urbe: quod facere debuimus. ¶ Me non poſ. confirmatur. ¶ Remiſit. Romã. ¶ Valitudinẽ. morbo. ¶ Fidiſſima. ei blanditur: licet eſſet impudicã: ut tali iudicio & laude eam alliceret ad honeſtatẽ: ſic Ouid. ad uxorem cum eſſet legatus. Adde quod & rerum ſola ẽ tutela mearum: & Paulopoſt. Nã tua dum ſtetimus turpi ſine crimine manſit. Et tandem probitas irrepræhenſa fuit. Terentiam autem turpiter ſe egiſſe ſcribit Plutarchus.

ſi eſſet licitũ per nautas: qui tẽpeſtatẽ prætermittere noluerunt. Quod reliquũ eſt: ſuſtẽta te mea Terẽtia: ut potes: honeſtiſſime uiximus: floruimus: non uitiũ noſtrũ: ſed uirtus noſtra nos afflixit. Peccatũ eſt nullũ niſi ꝙ non una animã cũ ornamentis amiſimus. Sed ſi hoc fuit liberis noſtri gratius nos uiuere: cæteraq; q̃ ferẽda non ſunt: feramus. Atq; ego: qui te cõfirmo: ipſe me ñ poſſum. Clodiũ Philaterũ ꝙ ualetudine ĩpediebatᷣ oculoꝝ: remiſi hoĩem fidelẽ. Saluſtius officio uincet oẽs ſpes. Cẽnius eſt perbeneuolus nobis quẽ ſemper ſpero tui fore obſeruantẽ. Sicca dixerat ſe mecũ fore: ſed Brũduſio diſceſſit. Cura: quoad potes: ut ualeas: & ſic exiſtimes uæhementius me tua miſeria: q̃ mea cõmoueri. Mea Terẽtia fidiſſima atq; optimæ uxor. & mea chariſſima filiola. *& ſpes reliq̃* noſtra Cicero ualete. Pridie kalẽ. Maias Brunduſio.

ASC. ¶ SI licitũ eẽt. i. licuiſſet. i. permiſſum fuiſſet p nautas qui noluerũt prætermittere tẽpeſtatẽ. i. tẽporis & auræ oportunitatem: ergo tẽpeſtas: ẽt bona ẽ. ¶ Quod reliquũ eſt mea Terentia ſuſtẽta te: utpotes: nos uiximꝰ honeſtiſſime: floruimus. ſ. in foro & ſenatu: nõ uitiũ noſtrũ. ſed uirtꝰ noſtra: quia uiriliter cõiuratos afflximꝰ afflixit nos. ¶ Nullũ peccatũ eſt. ſ. nobis: niſi ꝙ nõ amiſimus una. i. ſimul cũ ornamentis. ſ. noſtris animã. i. uitã ſup. noſtrã. ¶ Sed ſi hoc. ſ. nos uiuerẽ fuit gratiꝰ. i. utilius liberis noſtris: feramus cætera q̃q̃ nõ ſunt ferẽda. ¶ Atq; ego qui cõfirmo. i. qd dicũt cõforto te: nõ poſſum. ſ. cõfirmare me. ¶ Ego remiſi tibi Clodium philaterũ unum e familia. ꝙ. i. quia: ĩpediebatᷣ ualetudine. i. mala diſpoſitiõe oculoꝝ: appoſitorie hoiem fidelẽ Saluſtiꝰ. ſ. ſeruꝰ aut libertꝰ nr̃. ¶ Nõ. n. de Criſpo illo hiſtorico loqᷣ: uicet oẽs ſpes. ſ. q̃s de eo habuimus: offõ. ſ. ĩpertiẽdo. ¶ Cẽnius alter libertus eſt: pbeneuolus: quẽ ſpero fore ſp obſeruantẽ. i. cultorẽ tu. ¶ Sicca alter familiaris dixerat ſe fore ſp mecũ: ſed diſceſſerat Brũduſio: & ita a me q erã Brũduſii: niſi forte Brũduſii legẽdũ ſit ut diſceſſerat Brũduſii ſup. a me. ¶ Cura quoad potes ut ualeas: & exiſtimes ſic, me cõmoueri uæhemẽtius miſeria tua q̃ mea. ¶ O mea Terẽtia fidiſſima atq; optima uxor: & filiola mea chariſſima: ſcilicet Tullia: & Cicero ſpes noſtra reliqua: ideſt ſola relicta. Valete Pridie Kalendas Maias: ideſt ultimo Aprilis. Brunduſio: ideſt ex eo oppido maritimo in Italia.

Tẽpeſtas

M.T.C. Terẽ. & Tul. Suis. S.P.D.

SI tu: & Tullia lux noſtra ualetis. Ego & ſuauiſſimꝰ Cicero ualemus Pridie idus Octobris Athenas uenimus. Cũ ſane aduerſus uentis uſi eſſemus tardeq;. & Incommode nauigaſſemus. De naui exeuntibus nobis Acaſtus cum literis præſto fuit uno & uigeſimo die. ſane ſtrenue accepi tuas literas quibus intellexi te uereri ne ſuperiores mihi redditæ non eſſent. Omnes ſunt redditæ diligentiſſimeq; a te perſcripta ſunt omnia, Idq; mihi gratiſſimum fuit. Neq; ſum admiratus hanc epiſtolam: quã Achaſtus attulit breuem fuiſſe. Iam enim meipſum expectas ſiue noſipſos qui quidem quãprimum ad nos uenire cupimus. Etſi in quã remp. uenimus intelligo. cognoui enim ex multoꝝ amicoꝝ literis. quas attulit Achaſtus ad arma rem ſpectare. ut mihi cum uenero

VBE. SI tu &c. Primo Ci. ſcribit ſe nauigaſſe Athenas aduerſis uẽtis cũ haberet ſecũ Ci. filium. Deinde ſignificat ſe accepiſſe lr̃as Terẽtiæ & alioꝝ multorũ ab Achaſto allatas: ex quibus oñdit ſe ĩtelle xiſſe bella ciuilia fore. Poſtremo orat eã: ut ſibi aduenienti quã longiſſime poterit obuiã pcedat & inſtruit eã qd agere debeat de hæreditate cuiuſdam Prætiana. ¶ Suauiſſimus. iucũdiſſimus Cice. filiꝰ: ¶ Vno & ui. i. uigeſimo primo poſt diſceſſum ſuũ Roma. ¶ Sãe. ualde. ¶ Strenue: celeriter: nã ſtrenuꝰ & fortẽ ſignificat & celerẽ. Saluſtiꝰ. Nã aut q̃ſq; ſtrenuꝰ ceciderat in bello: Ouidi. de Galãtide in muſtellã mutata. Priſcaq; ſtrenuitas mãſit. i. celeritas uel agilitas. ¶ Ne non eſ. i. ut nõ eſſent. ¶ Siue nos correctio, qa hẽbat filiũ ſecũ. ¶ In quã. i. qualẽ. q. d. turbulẽtã. ¶ Spectare. pertinere. tẽdere. ¶ Ad ar. ad bella qa cæ. magnis rebꝰ geſtis in Cætis & Galliã Italiæ pximã circa Eridanũ exercitũ duxerat: ad quẽ multi cõfluxerant: ex iis igitᷣ ſuſpicabatᷣ Cic. bella futura aut qa iã mortua Iulia magnꝰ timor apud oẽs erat diſſenſiõis iter Cæſarẽ & Põpe.

Sane ſtrenue ſtrenuꝰ

ASC. S I tu &c. Scribit ſe nauigaſſe Athẽas aduerſis uẽtis cũ hẽret ſecũ Ci. filiũ deide ſigñat ſe accepiſſe lr̃as ab uxore: & poſtrẽo orat ut ſibi obuiã ueniat q̃ lõgiſſime ualeat doces quid agere debeat de hæreditate q̃dã. ¶ Ordo ẽ. Si tu & Tullia lux noſtra ualetis: Cõceptio ẽ pſonaꝝ. Ego & Ci. ſuauiſſimus. ſ. filius noſter: ualemꝰ eadẽ ẽ figura. Nos uenimus. i. applicuimus nos Athenas: pridie idus Octo. cũ uſi eẽmus uẽtis ſane. i. multũ aduerſis: & cũ nauigaſſemꝰ tarde: & icõmode: nemo tñ ſit tã ſtolidus: ut a Kal. Ma. qbus Brũduſio ſoluit: ſup. aquas fuiſſe putet: qa iſte Ci. ſecũ nõ habuit: & poſtea. Dirrachii moratus eſt uñ hæc ep̃la longe poſt ſcripta eſt: neq; iſi ſeruata eſt rõ tpm in colligẽdis epiſtolis Achaſtus. ſ. libertus noſter fuit p̃ſto. i. pñs & paratus cũ literis. ſ. dandis. nobis exeũtibꝰ naui: uno aut prio & uigeſimo die. ſ. poſt diſceſſum ſuũ Rõa. ¶ Ego accepi literas tuas ſane. i. multum ſtrenue: qbus itellexi te uereri ne ſuperiores. ſ. literæ tuæ nõ eſſent redditæ mihi. Oẽs ſup. literæ ſunt redditæ: & oĩa ſũt pſcripta a te diligentiſſime: & id fuit mihi gratiſſimũ. ¶ Neq; ſum admiratus hãc epiſtolã quã Achaſtꝰ tulit fuiſſe breuẽ. ¶ Tu. n. expectas iã meipm. ſiue noſipſos: hoc eſt me & filiũ: q qdẽ cupimꝰ uenire q̃primũ. i. ualde cito ad uos. ¶ Etſi. i. q̃q̃ intelligo in q̃. i. qualẽ: rẽp. nos uenimus: media lõga: eſt. n. pñtis tpis. q. d. in turbulẽtiſſimã. ¶ Ego. n. cognoui ex literis multoꝝ amicoꝝ quas Achaſtus attulit: rẽ ſpectare. i. tẽdere & inclinari ad arma. i. bella ciuilia. ¶ Quia iã mortuã intellexit Iuliã Iulii Cæſaris filiã uxorẽ Põpii: & Põpeiũ Cæſaris potẽtiæ q̃ in Gallia maxima erat reſiſtere uelle: ſic ſentit Vberti. Verumtamen qa id multo poſt cõtigit. ¶ Nã Cicero poſt reditũ Ciliciã optinuerat puinciã e qua reuerſus hanc commotionem repperit: dicamus ad arma: ideſt ad reſiſtendũ inimicis ut: ut non liceat mihi cum uenero

¶ Diſſimulare.

CDISSImulare. occultare. Illum prætianum: hic enim moriens scripserat hæredem Ciceronem: fuerat autẽ iurisconsultus ut supra ad Trebatium libro septimo: quod scribis de illo prætiano iurisco. ego te ei non desino cõmendare. Auctio. uenditio per auctionem ut alio loco diximus. Iuuenalis. Si coniugis auctio fiat. Eris profecta. discesseris. VBE.

CDISSImulare quid sentiam: Sed quando: idest qm: fortuna: idest dubius euentus rei est subeunda: nos dabimus eo citius operam ut ueniamus quo: idest ut: deliberemus facilius de tota re. Velim sup. ut tu properes obuiam nobis qua. idest quantum poteritis longissime: quod fiat cum commodo ualetudinis: idest sospitatis tuæ. Ego uelim cures de hæreditate prætiana: idest quæ nobis obuenit per testamentum precii iurisconsulti nuper defuncti: quæ quidem est mihi dolori. Ego enim amaui illum: scilicet precium ualde: hoc si auctio: idest uenditio rerum per auctionem qua res dantur plurimum offerentibus fiet ante aduentum meum: ut pomponius: scilicet Atticus aut si is minus: idest non poterit: ut Camillus curet negocium nostrũ ut pars hæreditatis sit nobis integra. Nos cum uenerimus: scilicet in urbẽ salui. agemus reliqua per nos. Sin idest sed si: tu eris iam profecta Roma: tamen curabis: scilicet per nuntios: aut literas ut hoc fiat ita: idest ut res cura curetur per Pomponium aut Camillum: si dii adiuuabunt nos: speramus fore in Italiam circiter Idus Nouembris. Vos o mea suauissima & optatissima. Terentia: & Tulliola scilicet filia: si amatis nos: curate ut ualeatis. Athenis ad. xv. Kalendas Nouembris. ASC.

dissimulare non liceat quid sentiam. Sed quando subeunda fortuna est: eo citius dabimus operam ut ueniamus: quo facilius de tota re deliberemus. Tu uelim quod cum commodo ualetudinis tuæ fiat: quã lõgissime poteris obuiam nobis properes. De hæreditate pretiana: quæ quidẽ mihi magno dolori est (ualde enim illum amaui) hoc uelim cures si auctio ante meum aduentum fiet ut Pomponius: aut si is minus poterit: Camillus nostrum negocium curet. Nos cũ salui uenerimus reliqua per nos agemus. Sin tu iam Roma profecta eris. tamen curabis: ut hoc ita fiat. Si dii nos adiuuabunt circiter idus Nouembris in Italia speramus fore. Vos mea suauissima & optatissima Terentia: & Tulliola: si nos amatis: curate ut ualeatis. Athenis ad. xv. Kalen. Nouemb.

M.T.C. Terentiæ suæ. S.D.

NEc sæpe est cui literas demus: nec rem habemus ullam: quam scribere uelimus. Ex tuis literis quas proxime accepi: cognoui prædium nullum uenire potuisse. Quare uideatis uelim: quomodo satisfiat ei cui scitis me satisfieri uelle. Quod nostra tibi gratias agit: id ego non miror te mereri ut ea tibi merito tuo gratias agere possit. Pollucem si adhuc non est profectus: quam primum fac extrudas. Cura ut ualeas. Idibus Quin.

NEc sæpe. exponit Cicero quid ex literis. Terẽ. intellexit. Postrẽo petit ab ea ut celeriter emittat ad se pollucem seruũ. Prædium. possessionẽ. Venire. uendi. Satisfiat. soluatur. Nostra. scilicet filia: hæc enim pronomina sine substantiuo posita maritos uxores filios filiasue comprehendunt: sicut & genitiui propriorum post nomina propria positi. Ouidi. Hanc tua penelope subaudit uxor: & Virgi. Hectoris andromachæ: scilicet uxor. Deifobe glauci filia. Polluc. seruum. Extrudas: eiicias: emittas. VBE.

Nec sæpe &c. Vt docuit quid e Terẽtia intellexit monet ad se seruum mittat: dicens. Nec est sup. aliqs: sæpe cui demus: idest dare possimus literas: nec habemus ullam rem quam uelimus scribere. Ego cognoui ex literis tuis quas accepi proxime nullum prædiũ scilicet nostrum potuisse uenire: idest uendi. Quare uelim sup. ut omnes uideatis quomodo satisfiat: idest satisfieri possit ei: cui scitis me uelle satisfieri. Quod nostra scilicet filia agit tibi gratias. Non ergo, ad filiã scribit: ego non miror te mereri id: ut ea possit agere tibi gratias merito tuo: idest propter meritum tuum. Fac extrudas: idest ut exire cogas quamprimum pollucem: scilicet seruum nostrum: si non est adhuc profectus: idest si nondum exiuit ad nos uenturus. Cura ut ualeas. Scriptum sup. Idibus. Quintilis sup. mensis: idest eius qui nunc Iulius dicitur. Ridiculum est huic & superiori addere. Vale & ualete: cum præmissum sit cura: ut ualeas & curate ut ualeatis. ASC.

M.T.C. Terentiæ & Tulliæ suis. S.D.

OMnes molestias & sollicitudines: quib' & te miserrimam habui: id quod mihi molestissimum est: Tulliolamq: quæ nobis nostra uita dulcior ẽ: deposui & eieci. Quid causæ aũt fuerit

OMnes. primum scribit Cicero se eiecisse magnas molestias quibus & ipsam Terẽtiam cruciabat & filiam Tulliam: id autem ita factum esse dicit: quia choleram puram eiecit q̃ cõtraxerat ex mœrore ut fit. Deinde dicit se scripturum ad amicos suos: quib' & commendabat & Teren. & Tulliam: & ostendit se habere bonam spem sui redditus in patriam. Postremo monet Terentiam in quibus uillis commode esse possit. Quibus. ppter quas. Habui te miserrimam. afflixi te. Id quod. idest quod scilicet te habuisse miserrimam. Dulcior. carior. ita enim parentes & dicere & existimare solent. Virgilius. Nate mihi uita quondam dum uita manebat Chare magis. Quid causæ. scilicet quod eiecerim illas molestias. VBE.

Mnes &c. Dicit se hilariorem effectum pollicens scribere ad amicos pro suorum commendatione docensq; Terentiam in quibus uillis degat. Ordo est. Ego deposui & eieci omnes molestias & sollicitudines qbus: idest in quibus ego habui. Et idest simul: te scilicet coniugem meam: miserrimam: id quod est molestissimũ mihi idest quæ res est mihi grauissima. Et idest simul sup. habui Tulliolam. scilicet filiam nostram miserrimam quæ est nobis dulcior: idest delectabilior uita nostra Vbertinus exponit: quibus idest propter quas: habui idest adfeci & te &c. sed non procedit non enim sollicitudinibus suis adfecit aut afflixit uxorem & filiam: sed inter sollicitudines habuit: idest annumerauit eas afflictas miserrimasq;. ASC.

VBE. Postridie Eiecl Vir annona — ¶ POstridie. postremo die χολην: idest bilem coleram. ακρατον puram. ¶ Eiecl. ex pni: euomui. ¶ Leuatus. alleuiat⁹: ut ita dicam. ¶ Satisfacias. soluas uota. ¶ Simul atq;. postquam. ¶ Quẽquã. quẽlibet. ¶ Virum. cuius proprie est forti tudo: nam uir a uirtute dicitur. ¶ Eiusmodi. talia. ¶ Aliquando. tãdem. ¶ Cum si. nostri: cum uiris bonis. ¶ Vt pri. duæ dictiones sunt ordo autem est uelim primum ut cures ualitudinem: deinde &c. ¶ Vtere. pro habitatione tua habe. ¶ Fũdo. agro. ¶ Cum fa. ur. cum omnibus quos in urbe soles habere dominam minoris constat res arpini quã Romæ. ¶ Annona: frumentum. ¶ Bellissimus. diminutiuo blandimenti gratia usus est.

postridie intellexi q̃ a uobis discessi χολην ακρατον noctu eieci statim. Ita sum leuatus ut de⁹ mihi aliqs medicinã fecisse uideat'. Cui qdẽ tu deo quẽadmodũ soles pie & caste satisfacias. i. Apollini: & Æsculapio. Nauem spero nos ualde bonã hre: in eã simul: atq; conscendi hæc scripsi. Deinde cõscribã ad nostros familiares multas epistolas qbus te: & Tulliolã nostrã diligentissime cõmendabo. Cohortarer: uos: quo aio fortiores essetis: nisi uos fortiores cognoscerẽ: q̃ quemq̃ uiq;. Et tamen eiusmodi spero negocia esse: ut & uos istic cõmodissime sperẽ esse: & me aliqñ cũ similibus nostri remp. defensurũ. Tu primũ ualetudinẽ tuã uelim cures. Deinde tibi si uidebit: uillis iis utere quæ longissime aberũt a militibus. Fundo Arpinati bñ poteris uti cũ familia urbana: si annona carior fuerit. Cicero bellissimis tibi salutẽ plurimam dicit etiam atq; etiam. Vale. Datum. iii. Idus. Iunii.

ASC. ¶ AVtem idest sed: ego intellexi postridie: idest die proxime sequenti: post q̃ discessi a uobis: quid causæ fuerit: scilicet q molestias eiecerim: quia ego eieci stati cholen idest coleram acraton: idest puram ac merã noctu: & sup. sum leuatus. s. a grauedine morbi: ita ut de us aliquis uideatur fecisse mihi medicinã: idest me curasse: quia deorum curatio ẽ subitanea. ¶ Cui quidẽ deo: tu satisfacias: idest persoluas uota debita: pie, & caste: quemadmodum soles: hoc dicit ut si non fuerit solita incipiat assuescere. Sane erubescendum est nobis si Ethnici non putauerunt deos suos qui demonia sunt non posse placari nisi pie & caste illis satisfiat: si putauerimus deum uerũ ab impiis aut immundis placari posse. ¶ Sed dicet forte aliquis si dii gentium demonia sunt: quo pietatis & castitatis amatore erant. ¶ Ad quod respondere licet: non propter bonum hominum ab illis uirtutes laudatas: sed iõ ut ueros dei honores qui sine pietate & castitate nulli sunt sibi usurparent: quibus nihil dulcius illis contigere potest: nam in illa peruersa cupiditate æquandi se deo in qua acciderunt obstinati sunt: ideoq; idolatrias introduxerãt: non solum ut homines in errore tenerent & a celestibus sedibus arcerent: sed etiam ut deolatriam] præcipetẽt: aut ideo ut homines in illo errore perstringerẽt. Sciebant enim quia amor uirtutum inscriptus est pectoribus nostris: propter synteresin nihil probari posse quod non sit uirtuti consonum: atq; ita minime diis accommodandum uideri. Vt ergo in idolatria genus humanum semper tenerent & ut uarias superstitiones & ludorum & cerimoniarum gentilium adstruerent: uirtutum quæ negari non poterant se finxerunt amatores. ¶ Sed ordinem persequamur: ne forte ignoraret Terentia cui deo satisfaciendum sit: addit. i. Apollini & Æsculapio. s. Apollinis filio: qui summi medici putati sunt. ¶ Ego spero nos habere nauem ualde bonam. Dixi prius epistolas non esse repositas quo ordine scriptæ sunt. Nam hæc scripta erat cum Atheņas profugeret cum filio. Et in illa. Si tu & Tullia &c. significauit se redire: ego scripsi hæc simul atq; idest immediate postq̃ conscendi in eam. ¶ Deinde. i. post hac conscribam. i. simul scribam ad familiarea nostros multas epistolas quibus. s. epistolis; aut quibus. s. familiaribus ego commen do diligentissime te & Tulliolam nostram. ¶ Cohortarer uos quo. i. ut essetia fortiores animo: nisi cognoscerem uos fortiores quam quemq̃ uirum. ¶ Et tamen spero negocia. s. nostra: esse eiusmodi ut sperem. ¶ Et. i. simul: uos esse commodissime. Istic: scilicet Romæ: & me defensurũ aliquando rempublicam cum similibus nostri utpote communis boni & iustitiæ amatoribus. ¶ Velim supple: ut tu cures primum ualetudinem tuam. Deinde si uidetur tibi: utere iis uillis quæ aberunt longissime a militibus. ¶ Tu poteris bene uti fundo arpinati: idest iuxta arpinum cum familia urbana: idest ea quam Romæ habere solemus: si annona fuerit carior: idest nimis cara: sup. Romæ Cicero bellissimus: idest maxime bonus & Lepidus filius noster dicit tibi etiam atq; etiam plurimam salutem. Vale. Datum tertio Idus Iunii.

VBE. a — SI uales. hortatur Cice. Teren. ut curet ualitudinem suam q̃ intellexerat ex febri laborare. Deinde dicit gratum sibi fuisse: q ab ea de literis Cæ. certior factus esset.

ASC. a — SI uales monet ut salutẽ curet: & diligenter q̃ scire oporteat pscribat dicẽs. ¶ Si uales bñ est: ego qdẽ ualeo: ueli sup. ut cures diligentissime ualetudinẽ tuã: nã & scriptũ & nunciatũ. s. ore est mihi te incidisse subito i febri. ¶ Quod fecisti me certiorẽ celer iẽ de literis Cæsaris: idest quas Cæsar misit: fecisti mihi gratũ. ¶ Tu facies item: idest similiter posthac: ut sciam siquid erit opus siquid acciderit noui. ¶ Cura ut ualeas. &c.

M.T.C. Terentiæ. S.P.D.

SI uales bñ ẽ: ego qdẽ ualeo. ualetudinẽ tuã ueli: cures diligẽtissime. nã mihi & scriptũ & nũtiatũ ẽ te in febri subito icidisse. Q d celerit' me fecisti d Cæsaris lrĩs certiorẽ: fecisti mihi gratũ. Itẽ posthac: si qd op⁹ erit: si qd acciderit noui facias ut sciã. Cura ut ualeas. Datũ. iii. nonas Iunias.

M.T.C. Terentiæ. S.P.D.

AD cæteras meas miserias accessit dolor ex Dolobellæ ualetudine: & Tulliæ. Oino de oibus rebus nec quid cõsilii capiã: nec qd faciã scio. Tu uelim tuã: & Tulliæ ualetudinẽ cures.

VBE. a — AD cætera. Hæc epistola uidet' fuisse scripta eo tpe quo iã Tullia nupserat Dolobellæ. ¶ Miserias. molestias. ¶ Accessit. addit⁹ ẽ. ¶ Valetudinem. propter egritudinem.

ASC. a — AD cæteras &c. Hæc epla uidet' lõge alio tẽpor scripta: nã durãte exilio Tullia erat nupta Pisoni Crassipedi: Dolobellæ aũt nupsit dũ esset iperator in Cilicia pauloante bellũ Ciuile: dicit ãt se dolere de ualetudine Dolobellæ hoc ordine. ¶ Dolor ex ualetudine. i. mala dispositiõe Dolobellæ: scilicet generi nostri & Tulliæ. s. filiæ nostræ: accessit. i. additus est ad cæteras miserias meas. ¶ Omnino nec scio penitus de omnibus rebus quid consilii capiam nec quid faciam. ¶ Velim sup. ut tu cures ualetudinem tuam & Tulliæ.

¶ Quid fieri

q Vid fieri. Excusat Ci. se qd apertius ad Ter. non scripserat quid fieri uellet: quia scripsit ad Pōpe. ex quo illa poterit omnia intelligere. Serius. tardius. Scribi. scilicet a te. Quando. quoniam. VBE.

Vid &c. Dicit se scripsisse: monet ut uxor scribat & ualetudinē curet dicens scripsi ad Pōpōniū. s. Atticū: seri. i. tardius q̄ oportuit: quid placeret sup. mihi fieri. s. a uobis. Si eris locuta cum eo intelliges quid uelim fieri. Nō fuit necesse scribere apertius: qū. i. qm: scripseram ad illum. s. optimū amicorum. Ego uelim sup. ut mittas nobis literas q̄primum: de ea re & de cæteris rebus. Cura diligenter ualetudinē. Septimo Idus Quintiles. i. Iulias aut Iulii mensis postea dicti. ASC.

M.T.C. Terentiæ. S.P.D.

Quid fieri placeret scripsi ad Pōponiū serius q̄ oportuit. Cū eo si locuta eris: intelliges quid fieri uelim: Apertius scribi qū ad illū scripserā necesse nō fuit. De ea re & de cæteris rebus q̄primum uelim nobis literas mittas. Valetudinē tuā cura diligenter. Septimo Idus Quin.

Vlla. significat Cice. se maiore dolore affectū esse Tulliæ filiæ suæ ad se aduentu qa cognoscit culpa sua esse factum: ut illa eēt in deteriore fortuna q̄ mereret: deinde se missurum filiū ad Cæ. Lōge. uald. Alia tristiore & deteriore. Atq. quā. Pietas. erga me. VBE.



Atq

q I uales &c. Dicit Tulliā suā ad se uenisse eiusq; pietatem cōmēdat dicēs. Si uales bene est. ego qdē ualeo. Tullia nr̃a. s. filia uenit ad me. s. in uillam nostram pridie Idus Iunii: cuius summa uirtuti & singulari humanitate. i. propter cuius uirtutem & singularem humanitatem: ego sum adfectus etiam grauiore dolore non q̄ bona esset: sed factum esse negligentia nostra: uidetur de sua solius loqui: ut ipsa eēt in fortuna lōge alia. i. diuersa & miseriore multo: atq. i. q̄ pietas & dignitas eius postulabat. In animo erat nobis. i. nos uolebamus mittere Ciceronem. s. filium: ad Cæsarem. s. Iulium. Et Gnæum Salustium cum eo. s. Cicerone. i. si. s. Cicero erit pfectus. i. quādo discesse rit: faciam te certiorem. Cura diligenter ualetudinē tuam. Decimoquarto Kalen. Quintiles: idest Quintilis mensis qui nunc Iulius dicitur. ASC.

M.T.C. Terentiæ. S.P.D.

Si uales bene est: ego quidē ualeo Tullia nostra uenit ad me pridie Idus Iunii: cuius summa uirtute & singulari humanitate grauiore etiam sum dolore adfectus nostra factū esse negligentia ut lōge alia in fortuna esset: atq; eius pietas ac dignitas postulabat. Nobis erat in animo Ciceronē ad Cæsarē mittere: & cū eo Cn. Salustium: si profectus erit: faciam te certiorē. Valetudinē tuā diligenter cura. xiiii. Kalen. Quin.

q Vod nos: iprobat Ci. quodāmō cōsiliū suū: quia in Italiā uenerat Brundusiū. Itaq; Te. rogat ut sibi adiumēto sit: deinde hortat ne sibi obuiam ueniat pp lōgum & piculosum iter. Explicare expedire ad exitum pducere. Des te i uiā. i. ponas te i uia: mihi obuiā uenias. VBE. Explicate

M.T.C. Terentiæ. S.P.D.

Quod nos in Italiam saluos uenisse gaudes perpetuo gaudeas uelim. Sed perturbati dolore animi magnisq; iniuriis metuo ne id cōsilii cœperimus: qd nō facile explicare possim. Quare quātū potes adiuua: quid autē possis mibi in mētē nō uenit. In uiā q̄ te des hoc tempore nihil est: & lōgum est iter: & nō tutum: & nō uideo quid prodesse possis: si ueneris. Vale. Datum pridie Nonas Nouembris Brūdusii.

q Vod &c. Dicit se ueteri ne pfuerit in Italiā nondum uenisse cui malo monet uxorem ut medeatur si possit dehortatur autem ne obuiam sibi prodeat dicens. Quod gaudes nos. i. me & filiū uenisse saluos in Italiam uelim sup. ut gaudeas perpetuo. i. ut gaudiū istud possit esse ppetuum ita ut ex aduētu nostro nihil mali subsequatur. Sed: me tuo ne uos perturbati dolore: & magnis iniuriis cœperimus. i. iniuerimus id cōsiliū. s. redeundi in Italiam: quod non possimus facile explicare idest difficultatibus eximere. Quare adiuua scilicet nos illud explicare quantū potes. Autē idest sed: nō possum considerare: quid idest non possum considerare: quid idest in quo possis scilicet nos adiuuare. Nihil idest nulla causa est: q̄ des te uiam: idest ut uenias ad nos hoc tempore. Et idest simul: iter est longum & non tutum propter inimicos: & non uideo quid possis prodere si ueneris. Vale. Datum. &c. ASC.

q Vod scripsi. ingressuro Cæ. Romā tempore quo bellorū ciuilium tumultus orti sunt: cū ex Gallia reuerteretur cum Ci. abesset: scribit ad Terentiam quid agendum sit in ta perturbatione: eam quæ sit præsens iudicare posse. Concitatio. cōmotio. Iratus. Cæ. Quies. pax. Minime miserum. i. utilius & melius. VBE.

M.T.C. Terētiæ. S.P.D.

Quod scripsi ad te proximis lris de nūtio remittēdo q̄ sit istius uis hoc tpe: & quæ cōcitatio multitudinis ignoro. Si metuēdus iratus est: quies tamē ab illo nascet fortasse: totum iudicabis quale sit. Et quod in miserrimis rebus minime miserum putabis id facies. Vale septimo Idus. V.

q Vod scripsi &c. Scripserat Ci. ad uxorē de nuntio remittendo ut sciret quo animo Cæsar: siue ex Gallia siue ex uictoria Pharsali ca redierit in urbem: de qua re iterum eam monet dicēs. Quod scripsi ad te proximis literis. i. in proximis literis de nuntio: scilicet quem ad te misi: remittendo: scilicet ad me: ignoro quæ sit uis istius: scilicet Cæsaris & quæ idest qualis concitatio: idest commotio multitudinis: scilicet populi in aduētum eius. Si idest etsi sup. Cæsar irat? scilicet ob negatum imperium: est metuendus: tamen quies. i. tranquillus status urbis: nascetur fortasse ab illo. Tu iudicabis sup. mihi totum. s. negocium: quale sit. Et tu facies id quod putabis miserum minime idest secundum interpretationem Laurentii Vallæ: nequaquam aut in ulla parte: sed quia non est uerosimile in miserrimis rebus aliquid eē nequaquam aut in nulla parte miserum: putem hoc loco minime pro minimum positum: eo q̄ melius sonat minime miserum q̄ minimum miserum. Minime autem secūdum Vallam negat: minimum comparat. i. pro minima parte: Dicamus ergo quod putabis minime aut minimum: idest in minima parte miserum in rebus miserrimis. Vale. &c. ASC.

VBB. Estrum.iam Venturo Cæ.Romã ut ſupra diximus ſcribit Ci.ad Terẽ.ſicut in ſuperiore eplã eã facili⁹ poſſe cõſultare qd ſit agẽdũ:declarat tñ ɔſiliũ ſuũ & ſniam de iis reb⁹:pcipue ut Terẽ.faciat qd facĩet aliæ mulieres

u ei⁹ ſiles. Veſtrũ ẽ cõ.i.ad uos ptinet cõſultare & deliberare. Modeſti⁹ ſine iniuria cuiuſq̃ tanq̃ bon⁹ ciuis.

Recte Recte.honeſte & cõmode. Diripiẽdã:pdãdã:depopulãdã. Vt.i.ne.Dolob.gener nr̃ qui multũ apud Cæ.põt. Intercludamur.ſ.in urbe multitudine militũ:legit̃ & intercludamini. Siles ue.honeſtæ & alicuius dignitatis. Videdũ cõſiderãdũ. Vt ſi.quẽadmodũ. Mecũ.ubi ego fuero. In nr̃is pdiis:uel in cumano uel in Tuſculano:uel in arpinati:uel in Põpeiano hæc enim prædia habebat Cice.quæ præcipue ab eo memorã tur:credo tamen habuiſſe alia. Fames .propter penuriam rerum:ſi Cæſar eam occuparit. Labienus. is ad Pompe.ſe contulerat : cuius conſiliũ Ci. laudat. Adiuuat.cauſam noſtram. Piſo. ſocer Cæſ. Diſcedit ab urbe.in aduentu Cæ:ſicut reliqui ſenatores. Luca.danda tamen uenia eſt tantorum danda malorum:Pompe.fugiente timent. Sceleris. appellat ſceleratum Cæſa.quod contra patriam arma ſumpſerit. Quintus ſcilicet frater meus. Pater. quia ſubdit & filius:ſcilicet eius:ideſt filius. Quin.fratris.notandum eſt etiam ſupra in ſcriptione epiſtolæ duabus animis dictum eſſe quod legitur in omnibus codicibus non autem animabus qd nõ uſus doctorum ſed licentiam quorundam : uſurpauit in ſacris ſcripturis quas legi grammaticæ ſubiacere indignum eſt.

Tullius Terẽtiæ:& pater Tulliolæ duab⁹ animis ſuis. Et Cicero mři optimæ. Et ſuauiſſimæ ſorori.S.P.D.



I uos ualetis:nos ualemus. Veſtrũ iam cõſiliũ eſt:nõ ſolũ meũ:quid ſit uobis faciẽdũ. Si ille Romá modeſte uẽturus rectæ i præſentia domi eẽ poteſtis. Sin homo amẽs diripiẽdá urbẽ daturus eſt:uereor ut Dolobella ipſe ſatis nobis prodeſſe poſſit. Etiá illud metuo:ne iá intercludamini ut cũ uelitis exire nõ liceat. Reliquũ ẽ:qd ipſe optime cõſiderabitis:ueſtri ſiles fœminæ ſint ne Romæ. Si enim nõ ſunt:uidẽdũ eſt:ut honeſte uos eẽ poſſitis. Quandoquidẽ nunc res ſe hẽt: modo ut hæc nobis loca tenere liceat belliſſime uel mecum : uel in noſtris prædiis eẽ poteris. Etiá illud uerendum eſt ne breui tẽpore fames in urbe ſit. His de rebus uelĩ cum Põponio:cũ Camillo:cũ quibus uobis uidebit̃ : conſideretis. Ad ſummá aio forti ſis. Labienus rem meliorem fecit. Adiuuat ẽt Piſo q ab urbe diſcedit: & ſceleris cõdemnat generũ ſuũ. Vos meæ chariſſimæ aĩæ q̃ ſæpiſſime ad me ſcribite. & uos qd agatis & qd iſtic agat̃. Quintus pater & filius & Rufus uobis ſalutẽ dicunt. Valete;Octauo Kalen.Quin.Minturnis.

ASC. I uos &c.Venturo Cæſare Romã dicit uxorẽ

